CHRISTUS TRIUMPHANS.

Comœdia Apocalyptica.

AUTORE

JOANNE FOXO, Anglo.

Edita est olim Basileæ, Anno 1556. Nunc denuo Edita, & Scholarchis, Iudique Literarii Moderatoribus dedicata, ob insignem Styli Elegantiam in Scholas utilissime admittenda.

Editore *T. C.* Sidn. Collegii, A. M.

Apocal. 22. 17.

Spiritus & Sponsa dicunt, Veni Domine.

LONDINI,

Impensis *Rob. Clavel*, apud quem prostant in vic. vulg. voc. Little Britain. 1676.

138968

374970

Doctis Scholarchis, & Ludi Literarii Ducibus,

Χαίειν Ἔπος, καὶ χαίρειν.

VEstris ne hoc inequitet præcordiis, docti Gymnasii Præsides, me audaculè nimis, & velut temeritatis œstro actum Vestra irrumpere studia, quasi Fabianas Institutiones noviter vobis ut Ephebis scriberem. Næ, ego tam insulsos conatus mentis Margine indignos censeo. Quis Crocodilos ab Exteris ad Nilum, vel noctuas ad Athenas se

afferre accingit, vel cerebrum promittet Palladi? Nec ut Epistolam darem in animo erat, quæ verborum stellaret auro, ad gustum Symmachi Doctissimi, sed ut quod agitis agatis verba commodo, quo commodius puerilia ingenia quæ sale soli condiuntur, etiam cœli condiatis. Ad hoc mens & calamus itinere hoc scriptorio pergunt. Pessimè Julianus ὁ Παλαιὸς olim non tam consuluit, quam edixit, Christianorum Literaturæ invidens, ut Christiani ritus pueri à Magistris Grammaticas & res Rhetoricas docentibus arcerentur. Cui Edicto Marcellinus (ipse etiam Ethnicus & in aliis circa Julianum crassi Gnathonismi reus) acutum hunc infigit obelum: Illud, inquit, inclemens perenni obruendum silentio. Hoc à me tantum candida

Symmac. Epist. 11. Lib. 3.

Marcell. Hist Lib. 22.

mentis

mentis linea vobis propoſito in melius conſulo. Cum Rhetoricis, Hiſtoricis, Poeticis, & Comicis & Tragicis liquoribus ex Ethnicorum fontibus puerorum animos imbuatis, quidni etiam Chriſtianorum ſcriptis Rhetorico & Poetico ſale conditis, pari ſeu potiori ratione inſtituatis? Foxum ideo noſtrum vobis dicatum volo, Chriſtiani commatis ſcriptorem, cujus libellum commendo, & in manus dedo veſtras, Chriſti odore redolentem, Evangelium ſpirantem, & ad acumen Plautinum & Terentianum aſpirantem. Unde emergent pericula? Qua rima ſordities Latiniſmi, & Barbaries vocum, quo minus veſtros ſuaviaret oculos, ſi hiſce intingantur tenera pueritiæ ingenia? Quid damni, ſi ſimul res Evangelicæ, & phraſis terſa inſugan-

tur? Quidnam ſcandali præ pedibus, ſi Chriſtianæ elegantiæ ſcripta manibus terantur, Literaturæ & Religioni proficua? Externæ Tragœdiæ & Comœdiæ ſuo laborant diſcrimine & crimine, dum labra & cerebrum mergunt in ritum juramentorum Ethnicorum, & docent quæ fides docet dedocenda. Ut pòl, ædepòl, ecaſtòr, herclè, incircumciſæ linguæ phraſiologica. His non utitur noſter, niſi cum loquantur prophani, quorum dialectus eſt, & proprie illis convenit, quia ſimiles cupiunt labra lactucas; unde hiſcemodi verbis Diocles, Polyharpax, Adopylus terve quaterve utuntur, viz. pòl ut qui neſciunt loqui melius. Hic non obſcænæ officinæ merces Ovidianæ de arte nequi-

Abſit, ut de ore Chriſtiano ſonet Jupiter Omnipotens, & me Hercule, & me Caſtor, & cætera magis portenta, quam nuniina. *Hieronym. ad Damaſ. Epiſt.* 146.

Ovid. de Art. Am.

nequitiæ, ex Cupidinis pharetra depromptæ. Hic nullæ technæ è vulpinis ingeniis Plautinorum servorum notæ, nebulonem accurate instituentes. Eademque ratione, quidni & puri styli & materiæ nostratium libri, nostræque fidei lectiones alternè, & disciplinam impleant tenerioris ætatis vestræ commissæ tutelæ? Reperta est in nostris hujusmodi & phrasis, quæ non maculat stylum, & materia, quæ non mentem. Eodemque labore Grammaticum & Poetam, etiam & Christianum formabitis. Hic non accidant Apuleianæ obscænitatis pugione illata vulnera. Hisce non inveniuntur fragmenta puriſſimæ impuritatis, ut de Petronio censet Lipsius. Hic non barbararum libertas tornandi vocum rarum ad ornandam gentis dialectum, ut

Lipſ. ad 15. l. An. Taciti.

apud

Aristoph. in Ran. in Chor. Ranar. Vide Raderi Jesuitæ Martialem.

apud Aristophanem, Βρεκεκεκὲξ, κοάξ, κοάξ. Hic nulli versiculi castratione digni sub Raderi sacro scalpello, pruriginem & urticas luxus creantes, ut apud poetam Cordubensem. Sed quod consulunt docti & pii, varios hic locos Communes venæ Theologicæ discere liceat. Vasculo hujus amænæ & piæ Comœdiæ inclusa reperiuntur Adæ lapsus, peccati horribilis reatus, Ecclesiæ miseria, & tamen fundatissima in fundo spei firmitas, Satanæ atrocitas & malitia, legis severitas & diræ, Evangelii solatia, & promissionum cœlestium malagmata: nihil subleſtæ fidei, sed fœderi divino innixa omnia. Antichristi ferociam, & cruore fluentem animum noscere liceat, Christi tamen potentiam, pro suis exertam, invictam & triumphantem. Nonne his immorari

Bucer de Reg. Jes. Christ ad Edvard 6

juve-

juveneſque ſeneſque decebit? Lac religioſum inſtillant pueris irreligioſæ ſuis Gentes. Numne Homerus & Heſiodus ſcholæ paganicæ ariſtes, quod in his rudimenta Ethnicorum myſteriorum & docentur, & diſcuntur, dum Theogoniam & numinum genealogiam innuunt? Nonne Paulus Epimenidem Cretenſium vatem nominat, quia ab exteris poetæ ut prophetæ æſtimantur? Nonne Judæi particulis Legis Divinæ tenellos imbuunt? Portiunculæ ex Alcorano (Acherontico Biblio) à Mahumetanis in Scholis Africanis diſcendæ proponuntur, teſtante Clenardo in Epiſtolis Africanis, qui cum illis aliquandiu verſatus eſt. Singuli in nomine Domini ſui ambulant, quid impedit, quid indecori eſt, ſi & noſtri in nomine Chriſti ſui Criſtas ſumant?

Joſephus & Pirke Avoth.

Clenard. in Epiſt. Africanis

Hacce

Hacce methodo progrediuntur Pontificii, qui Monachii dederunt Jesuiticæ Scholæ typum in rudimentis Romani furfuris ediscendis, in libro dicto Alphabetum Christi & Alphabetum Diaboli. Nonne hanc collimavit metam Canisius, seligendo pias & breviores Hieronymi Epistolas pueris docendas? Ultra dicere quid opus est? Castellionis dialogi sacri, Terentius Christianus, Grotii Christus patiens, Buchananus, poetarum fere ultimus limes, in Jephtæ & Baptistæ Tragœdiis huc vota & scripta extendunt. Nec inter hæc dormivit Chytræus, qui filiis suis & pueris Orationem Dominicam, Mandata decem, Symbolum fidei, & præcipua Christianæ persuasionis capita carmine Heroico edidit. Nunc rem cum mente tenetis. Ite, ita agite ludi

Alphab. Christi & Diab. de virtut. & vit. pro sodalit. Mariana-Monacensi, anno 1619.

Jos. Scal. in Epitap Buchan.

Nothan Chytræus

ludi Moderatores Literarii, vasa proximè Ministris & Evangelii præconibus Christianæ Reipub. utilissima, ex quorum semente messis præpinguis speratur. Operam date literis aliquando Biblice mixtis. At præco hic noster erat. Quid inde? Foxus hic, ut Vulpes Æsopicus, erat Μυελοπαχίτης: præconem agit strenuè, historiam scribit plenè & candidè, polemica agit fortiter & catè, rostra ascendit splendidè, socco Comico induitur amænè & nitidè. Hæc scripta sub posse includunt planè, eundem, qui & concionator audit, Philologus, Poeta, Rhetor etiam audire posse, & historicus, & quicquid boni nominis literarum alvus protulit. Objicere haud locus est, an Theologus scenam adornabit? Hæc theatri non pulpiti mystas ornant. Verbo ex-

Scholæ Luthero semora Ecclesiæ. Melanchthoni Ecclesiæ seminarium.

expediam; hæc etiam Pulpito decori sunt, nec scena in senis pii mentem cum hoc scripto intravit. Exul erat cum hæc exaravit, Confessor Christi Mariano seculo, ubi quotannis litera Dominica erat profundè rubra. Ad exercitium & solamen animarum, non ad ornatum scenæ hanc aptavit paginam. Quid magis proprie illi materiam solatii, & anodyna amicis sui & Christi præbere valuit, quam argumentum victoriæ Christi triumphantis inter spicula inimicorum erecta, & omnia denuò inutilia facta & defracta? Mirè scatent lascivi ingenii partus, nec possunt sepeliri quæ mentem maculant, labra & oculos polluunt: vix docentur & discuntur, & in praxin statim erumpunt.

Quisquis versibus exprimit Catullum,
Raro moribus exprimit Catonum. Muret. in Epigram.

At noster hic Foxus in hoc scripto raro invenitur, in Musæis secreto cum blattis & tineis luctatur, plurimæ officinæ dicunt Ignoramus. Ingenuè fateri liceat, magnæ lubentiæ cliens hoc scriptum & lego, & noviter edo. Procedat ergo in ora & auram, visitet sinum Magistri & Discipuli. Reatus eatenis onustus incedam, si non vobis vestrisque & placeat & prosit. Coronidem impono qua magnus naturæ genius Rhetoricam clausit, & ovationis pausam esse instituit, Ἔιρηται, ἀκηκόατε, ἔχετε, κέλευτε. Aristot. in coronide Rhetoric.

Vestri oneris honori consulens,

T. C.

Ex Musæo meo, An. Dom. 167[illegible].

Edita

EDita est hæc Comœdia Joannis Foxi Basileæ per Joannem Oporinum Anno Dom. 1556. Omisimus Epistolam quæ in Basileensi editione extat satis longam, Clarissimis viris, D. Bynksio, D. Æscolo, D. Kelko, cumque his universo Mercatorum Christianæ pietati faventium sodalitio.

Prospho-

Prosphonesis ad Scholarchas in laudem *Foxi*.

EIA, agite, ô Mystæ ludi, qui ducitis agmen
Ætatis teneræ per pascua ab amne rigata,
Jordanis potius quam Nili visite ripas.
Heic animæ ipsa salus læto cum gramine crescit;
Hoc flumen lumen, numenque imiscet in herbis;
Reddet & hoc aptos cœlique solique ad Athenas.
Mentem animamque simul luci sacrabitis altæ,
Quæque phrases sugent Latium Solymamque decentes.
Ictu uno actuque sales ediscere Plauti,

Et Christi hisce datur. Mora quæ vos,
quidve timetis,
Quum scriptis scriptura præest divina
prophanis?
Si tulit is punctum, qui miscuit utile
dulci;
Sic tulit hic punctum, qui miscuit
utile sacro.
Tempus ad æterna est busonis sanguis
Iesu
Sanguine libratus. Parnassi noscere
res est
Monte datum: at Zionis noscere,
spes est
Monte datum, mundi cana ultra se-
cla beatas.
Quid levitas? Aura est. Gravitas
accedit ad auram
Cum simili, ac aquo. Tenera possessio
mentis
Luce sui & Christi præcludit inania
mundi,
Mirè animam tingit, quæ manè im-
buta juventa,

Ad

Ad ſenium & cœlum gratum ſervabit odorem.
Amputat obſcænæ Foxus præputia ſcenæ;
Baptizat Muſas cœli, ſine ſordeque cæni,
Lymphâ, quæ mentem mundat, ſimul & labra purgat.
Nec catus ipſe vir es, ſeu Romæ pingere mores
Seu Solymæ eloquio te accingas ſcribere ſacra:
Dignè quæ ſcribis Monumenta ac Acta vocantur.

T. C.

---

in laudem Foxi.

Ad senium & cœlum gratum servabit odorem.
Amputat obstæne Foxus præputia scenæ;
Baptizat Musas cœli, sine sordeque cæni,
Lymphâ, quæ mentem mundat, simul & labra purgat.
Nec atus ipse vires, seu Romæ pingere mores
Seu Solymæ eloquio te accingas scribere sacra;
Digné quæ scribis Monumenta ac Acta vocantur.

T. C.

Christus Triumphans:

Comœdia Apocalyptica,

Autore JOANNE FOXO

Anglo.

PROLOGUS.

SAlutem vobis, fructumque ex laboribus;
Sibi vicissim à vobis silentium rogat
Poeta novus, (spectatores novi) novam
Rem dum spectandam profert in proscenium.
Christum quippe triumphantem inferimus. Utinam
Hunc cœlitùs liceat potius in nubibus
Triumphantem suspicere. Forsan nec diu

Id erit : ludi quum jacebunt scenici.
Quippe oculis tum ipsi cuncta contuebimur,
Re quum ipsa mittit, nunc quæ promittit Deus.
Rerum interim per transennam simulachra
Spectare haud pigeat, tantum quæ præludimus.
Res tota sacra est, totaque Apocalyptica:
Audita quæ multis, nunquam at visa est prius.
Sacro ergo indulgete silentio, sacris
Ut in templis suescitis. Oculos enim sacros,
Perinde ac aures esse, quî minus decet?
Ecclesiæ primùm hic qualemcunque faciem
Dabimus : Satanæ & tumultuantis furias.
Expressum Antichristum, cum Babylonica
Cernetis meretricula, quas turbas dabit.
Aderit & Nomocrates, suo qui chirographo
Infestat omnia. Sed in omnibus tamen
Triumphat Christus : Scena quod spectabitur.

Favete

Favete igitur linguis, ferteque silentium.
Nos pro silentio linguas locabimus:
Nasus valeat omnis, densique sycophanticus,
Nigræ & loliginis succus, quicquid nigrumque
Est. Tristis Aristarchus, mordaxque Momus
Musæ haud canunt nostræ, nisi cum Gratiis.
Nos Roscii haud omnes sumus Mimi: at neque
Vos Momi spero, hac spe saltamus fabulam.
Placere actores omnibus: *Dimeter.*
Prodesse Poeta, nocere studet nemini.
Idemque à vobis sibi reposcit mutuum,
Vobis & ipse plausurus canentibus.
Comœdia si prolixa sit, at ingens erat,
Et multiplex materia. Habet hiatus, & Lamas, fateor: at tam pugnantia nectere,
Natura haud rerum patitur. Ast bonis placent
Etiam mediocria: malis ne eximia quidem.
Habetis ergo officium Prologi. Rei

Habete nunc summam, summo compendio.
Breve argumentum inquam, haud brevis Comœdiæ.

PERIOCHA.

Duos Evæ gnatos accusante Satana,
Nomocrates cœlitùs accepit chirographum,
Quo Psyche in Orcum, Soma Thanato traditur.
Relictis interim tribus Ecclesiæ
Ex conjuge liberis, Europæo, Africo,
Et Asia. Hos & noxios, Nomocrates
Prehendens, in carcere Sciolethro detinet,
Thanato mox traditurus, lictori suo.
Ecclesia cœpit & ipsa periclitarier.
Rebus sed perditis, humanæ ubi nihil
Vires potessunt, Christus adest Philanthropos,
Nimisque miseros adjutat Adamidas.
Psychên Gehennæ emancipat. Spem Somati
Vitæ melioris sufficit. Ecclesiæ
Tres gnatos exolvit, Pauli ac Petri opera.

Nomo-

Nomocratem jure exuit chirographi
Satanam vinclis mulctat, ad annos mille.
Is demum
Solutus miras excitat tragœdias,
Per Pseudamnum Antichristum, Agni
atque Ecclesiæ
Hostem. Agnus at triumphat, ac illa ad
nuptias
Vestitur. Strepit undique theatrum
plausibus.

DRAMATIS PERSONÆ.

Eva	
Maria	
Satan	
Psychephonus	lictores.
Thanatus	
Adopylus	servus.
Nomocrates	tyrannus.
Anabasius	nuncius.
Christus	
Psyche	anima humana.
Raphael	angelus.
Petrus	apostolus.
Saulus, qui & Paulus	
Archiereus	pontifex.
Nomologus	sacerdos.
Polyharpax	scriba.
Diactes	persecutor.
Pseudamnus	Antichristus.
Pornapolis	meretrix Babylon
Ecclesia	mater.
Africus	adolescentes.
Europus	
Hierologus concionator	
Chorus quinque virginum.	

Actus

Actus I. Scena I.

Trimetrii Iambici.

Eva.

Quod nunc doloris inveniam solatium?
Lachrymas absumpsi: querelæ mihi juvant.
Vox neque curis, nec spes malis jam sufficit.
Expers medelæ, res ita penitus sunditus.
Porrò nec quid agam, aut quò vortam scio.
Flere dum licuit, animo anxio mitius erat:
Lachrymis saltem pasci ægritudo potuit.
Quæ pars mihi nonnulla erat leniminis!
Jam lachrymæ decrescunt, at crescit dolor.
Dieſque aliis quæ adimit, mihi addit miseriam.
Meam sic lancinat vitam mors filiæ.
Quæ, quanto mallem, in hanc non exisset lucem!

Neque

Neque illa mala hæc, nec ego viderem
mœstitiam.
Quanquam parum hoc, mors quòd me
orbavit filia:
Mutari quod nequeat, ferret necessitas.
Nunc Satan habet impurissimus Psychen
meam,
Perpetuis Orcus tenet addictam erga-
stulis:
Mihi quod mœroris meritò causa ma-
xima est.
Eóque huc exii nunc foràs, quando ubi
Consistam nescio, ut eam etsi juvem ni-
hil,
At me gemitu interim lachrymisque ex-
pleam,
Gnatæ causæ: quæ dum usque in sup-
pliciis erit,
De me haud unquam supplicium sumere
desinam.
Æquum est: malis quæ mater fuerim,
& particeps.
Sed quid mali hoc? mulier quod op-
pleta lachrymis,
Vorsus tendit viam? Sisto me, ut quid
ferat
Boni, malive, sciam.

Actus I. Scena II.

Trimetri.

Maria. *Eva.*

MUlier an usquam victitat altera malis
Onustior? vita aut cui vita sit minus?
At quid meus meruit Jesus tam sonticum?
In quem tanta rabie Pontificum exarserit
Lymphata immanitas. *Eva.* Hem, de quo hæc filio
Agitat? *Mar.* At ille jam suis functus abiit
Doloribus, mihi dolores crescunt magis.
Eva. Quid huic turbatum sit, maneam an interrogem?
Mar. Vocem quis hic astans intercipit? Ehei,
Dum rapto solitudinem, in turbam incidi.
Eva. Quem filium mulier, aut filiam innuis?

Quid

Quidve os saliva distillans compositа?
Ludis forsan, tu me: at misereri magis,
Non irridere miserorum casus decet.
Maria. Vox nova: sed vultus, ut reor, Evam arguit,
Antiquam aviam. *Eva.* Eva sum, ipsa omnium unica
Adversitatum avia, satrix, nutrix, parens:
Maledicta, recto si me nomine dixeris,
Haud alio posthac me titulo appellites.
Mar. Falsos omitte questus. Infœlicitas
Quid sit, præter me, experta nulla est fœmina.
Eva. Loquuntur quàm stultè multi quæ nesciunt?
Mar. Miseram satis utramque scio: & quid si Deus
Nos ideo conjunxit pariter, conjuncta uti
Miseria magis sibi foret solatio?
Sæpe malorum, in malis, comes est dimidium.
Eva. In aliis spes est; mihi nec Salus opem ferat.
Mar. Quî nam? Istuc quod tibi tam grave est, scire ardeo,

Si fas efferri sit, Eva parens, quæ tegis.
Eva. Hei mihi. *Mar.* Quicquid sit,
aperire utrique melius est.
Eva. Hei mihi, hei gnatæ vicem. *Mar.* At
te comprime qua queas
Ratione; si sapis. *Eva.* Sine verò.
Mar. Tamet-
Si neque mihi minus istuc malè est. Age
Vice agamus mutua. Ulcus quod tuum
est, uti
Retegas, tu scies meum. *Eva.* Age, age:
tamet-
Si quid nam istuc proderit? *Mar.* Eti-
am pergis? *Eva.* Age jam
Scies. *Mar.* Levius te premet, aliis
quod exprimis.
Eva. Gnatam dedit olim summi patris
mihi
Benignitas, suam ad ipsius imaginem,
Psyche cui nomen addidi: quod animæ
Haud secus, ac in loco, mihi erat, pro-
priæ.
Quid multis? Hanc, cum fratre unà
pubescere
Dum cœpit, mox abrupto ætatis sta-
mine,
Hærentem abripuit mors ingrata am-
plexibus.

Mar.

Mar. Morbon' aut casu alio periit?
Eva. Pomi scilicet
Infœlix dum prægusto morsum, pessimus
Acherontico serpens quod aconito imbuit.
Mar. Miseram mihi tuam, gnatæque vicem prædicas.
Eva. Imò nihil etiam in hac re miserum.
Mar. Hem quid est?
Ah comprime tam longa hæc precor suspiria:
Quem tandem luctus mulier habebit modum?
Eva. Vix dum supremam moribunda edidit vocem,
Mox Stygiis Satan advolat è faucibus,
Luridus, aten, atrox, picens, proferens
Scriptam è decretis nescio quam syngrapham;
Qua Psychen, jure meam, vendicat sibi.
Denique vi correptam, me invita, filiam,
Perpetuos in barathrum ad cruciatus detulit.
Mar. Quid ais? *Eva.* In perpetuos secum carceres,
Satan, meam avulsit Psychen, mea viscera:
Ibi perpetuis sine ope misera in mæroribus,

Manci-

Mancipium, Dæmonis agit arbitrio.
Mar. Sed quid frater adolescens interim? illéne
Vivit? *Eva.* Soma nempe? Nescio: Nomocrates
Et hunc tyrannus captivum abduxit, suo ac
Lictori Thanato in servitutem tradidit:
Relictis, ex Ecclesia, tribus domi,
Uxore, parvulis, Asia, Europo, Africo.
Mar. Miseret me nimis utriusque. At nulla interim
Auxilii lux affulget? *Eva.* Nisi quæ omnibus.
Mar. Quænam illa? *Eva.* Læso doloris remedium est;
Inimici dolor. *Mar.* Quid id verbi velit?
Eva. Futurum olim quia audieram, cœlitùs
Serpenti ut huic teratur tartareum caput.
Mar. Undénam amabò id? *Eva.* Mulieris aiebat ex *Genes. 3.*
Semine. *Mar.* Quàm vellem! *Eva.* At quis nunc filius hic tuus,
Quem cæsum lachrymas? Ecce quæ me vis, ipsa te

Non cohibes. *Mar.* Jesum dico, meum
unigenitum,
Idem quem dedit olim mihi Deus vir-
gini.
Eva. Quid virgini? *Mar.* Prorsus vir
sine commercio
Cujusquam, Gabriele paranympho, ac
conscio
Josepho meo, *Eva.* Eho: næ hæc tu
mira nuncias.
Mar. At mira magis, si quæ per vitam
gesserit,
Omnia scias. Sed ne te multis differam:
Virtutis ut semper comes it invidia,
Diu celatum bene indicantes odium,
In hunc gentis primores injiciunt ma-
nus,
Dehinc ad supplicium infamis rapiunt
crucis.
Jamque ex eo secundus hic agitur dies,
Quod nec somnum, neque cibum capio:
Pumex
Ut non siet, quàm ego lachrymando,
exuccior.
Eva. Quodnam ob facinus hanc tan-
tam ausi tyrannidem?
Mar. Verum vis dicam? *Eva.* Maxi-
me. *Mar.* Equidem neque

Causam

Causam, nec crimen scio. Hei verò maxime Deus,
Quid hic tumultuatum è sublimi audio? *Apoc.* 19.
Eva. Et Ego. *Mar.* Cœlum nisi ipsum ruat, id quid siet
Miror. *Eva.* Quin expectemus paululum: novi
Aliquid hic monstri cœlum opinor parturit.
Magne Deus, fugiamus curriculo. Satan
Ipse est, bilem quantam spirans? Nos ne pariter
Unco præcipitet suo.

Actus I. Scena III.

Ejusdem rationis.

Satan, Psychephonus, Adopylus.

HOho, quò nunc decidi?
Aut ubi sum, aut quò vertam primum? Nunquam minus
Mei compos in vita prorsus fuerim. Ita
Pugnando, cadendo, bile atque insania
Exagitor: neque quid consilii ineam, scio;

Extorris è cœlo eliminor: ubi
Loci nihil est reliquum. Hei malum,
heu Michael
Age, fruere quantum libet victoria:
At non tua tamen ô bone, neque tuis
Parta virtutibus. Deus si te juvet
Aliquis, quid mirum adeo? Quòd si monomachia
Mihi cum iis velitandum esset Angelis,
Archangelisque: Cherubicæ ac Seraphicæ
Unà licet omnes accedant decuriæ, hic
Aut si darentur præstò: ut his ego manibus,
Unguibus ac calcibus raperem, rumperem, agerem,
Discerperem, ruerem, prosternerem,
Excerebrarem, elumbarem, funderem,
Truderem, tunderem, exossarem, denique
Insultarem, pellerem, pulsarem, cæderem.
Duces primùm ipsos torribus invaderem,
Reliquos dentibus degluberem, postmodum
Corvis darem: quosdam furcis infigerem,

Exemplis

Exemplis quoſque ſe dignis diſperderem.
Oh Pſychephonum ac Adopylum video.
Pſych. Ditis.
Audire hic vocem audire viſus ſum, an non? *Sat.* ὦ πόποι,
Nunccine tandem? *Pſych.* Quid tandem? *Sat.* Equidem his ſi unguibus
Vos nunc dilaniem, credo id meritò fieri.
Adop. Quid autem? *Sat.* Stygicolæ, magiſtiæ, perfugæ,
Pſych. Quî dum? *Sat.* Poſt cædem in auxilium acceditis.
Pſych. Quas hic cædes memorat? *Sat.* Eho, caput mihi an
Non totum hoc fiſſile ac apocopatum cernitis?
Pſych. Equidem nihil cerno. *Sat.* At, at ego ſentio. *Adop.* Here,
Capitis exors qui ſit, ſentire quî poteſt?
Sat. Dico actam hanc rem eſſe funditùs. *Pſych.* Quid id cedò?
Sat. Cœlo ejecti, forum ac jus omne amiſimus.
Pſych. Quid ita? *Sat.* Michael dum duello me adoritur,

Antiquus hostis, ita luctando diu à me-
is
Actum est sedulò, verùm quid multis?
Invaluit
Demum ille, nos excludimur; vos bel-
luæ
Dum stertitis. *Psych.* Bona verba. *Sat.*
Sed age sua
Cœlicolæ trophæa erigant municipes:
Apoc. 12. Nos tertiam tamen stellarum ducimus
Partem. Postremò in terris, si cœlo haud
licet,
Invitis astris etiam ipsis, regnabimus,
Arbitrio legeque nostra uti volumus.
Mirari nec satis queo, quis tam potens
Michaelis hyperaspistes is fuit,
Qui tantum in cœlo stratagema hoc
dedit.
Verùm quid nunc primum exequar?
Sequimini
Huc intro Furiæ: quid Psyche jam ge-
rat,
Reliquiq;, visam: his duplicata tormina
Faxo, hæc dum ira est recens. At at e-
vax quid hic
Reperio? Nullus sum: numen sentio.
Quis tam audax, è meis populator atri-
is,

Etiam

Etiam Psychen meam ductat? domi ac foris
Videns nolensque mulctor.

Actus I. Scena IV.

Tetrametri Acatalectici.

Christus redivivus, Psyche, Satan, Psychephonus, Adopylus, Thanatus, Raphael angelus.

EXi ergo mea
Mecum Psyche. *Psych.* Tua verò, quicquid sum, mi Jesu, maximo
Merito tuo. *Sat.* Ringor. *Psych.* O sanctitas. *Psycheph.* Rumpor. *Psych.* O pietas.
Than. Occidor. *Christ.* Ero mors tua ô mors, morsus inferne tuus. *Adop.* Irrideor. *Oseæ 13.*
Sat. Quid agimus? *Psych.* An unquam cuiquam tot, tam insperata, tam nova,
Tam miranda ac stupenda ostendi, miseræ quantum hoc nunc mihi,
Præterque supraque spem omnem objicitur gaudium? O fœlicitas!

Sat. O infelicitas! *Adop.* Papæ, numen
ſpirat quantum? *Pſych.* Ergo mi
Jeſu aſtrata genibus tuis, mea vita, mi
parens, Deus
Meus. Redemptor ac ſalus unica: mea
jam non ſum, ita
Tuis iſtis me totam factis facis tuam.
Chriſt. Filius in hoc
Apparuit Dei, opera ut diſſipet Diaboli.
Than. Hei malum.
Sat. Mirando, ſtupendo, inſaniendo non
ſum apud me. *Chriſt.* En accipe
Nunc immortalitatis Pſyche tibi in pal-
mis palmarium hoc.
Quid trepidas animula mea? *Pſych.* Ec-
cum illum, à dextris imminet meus
Satan. *Sat.* Oh, viſus ſum. *Chriſt.* Ho-
ſtem libro hoc percellito. *Sat.* Hei
mactor miſer.
Coloſſ. 2. *Chriſt.* Dico tibi, chirographum redde
huc ſceleſte obligatorium.
Sat. Nam qua lege illud cedo? *Chriſt.*
Inſontem qua me mactâſtis, Satan.
Meminiſtin' factum? *Sat.* Vah, fundi-
tùs, prorſúſque conteror.
Chriſt. Cape nunc Pſyche, ut affigatur
cruci. *Sat.* Proh nunc intelligo;
Hinc vis Michaelis illa: & cœlo &
terris

terris spolior. *Christ.* Data est
Omnis mihi potestas in cœlo & terra. *Matth.* 28.
Heus, heus, Raphael,
Clavem hanc abyssi sume cum capistro.
Age, Misanthropum hunc
Magistiam saxis alligatum in tartara.
Than. Scitum est fugere in loco.
Raph. Factum mi princeps accurabitur.
Christ. Annos per mille, impetum *Apoc.* 20.
Ne quem det, firmetur: locumq; signes
signaculo meo.
Euge, ad discipulos nunc accede mecum,
Psyche: unà hujus ut
Fiant simul Evangelii participes. Mox
ad patrem
Feremur in paradisum pariter, fratrem
ubi Soma tuum
Læta expectabis interim.

Actus II. Scena I.

Senarii.

Raphael.

CAptivus nunc summi imperio Principis,

Annos

Annos ad mille, magnus firmatur Satan:
Apoc. 20. Queisque alios strinxit, stringitur ipse vinculis:
Post rursus è latebris laxandus paululum,
Quo secum in errorem pessundet plurimos,
Orbemque seducat latum: quo tempore
Ecclesia tristibus est agitanda casibus.
Interea Pornapolis mutuata Dæmonis
Apoc. 13. Tyrannide, latè instabit, vicariam
Vicem administrans illius quàm fortiter.
Tumultus illa in orbe non parvos dabit,
Suo cum Diocte: quanquam nisi corpora,
Nihil lædet ille aliud mortalium. Interim
Psychæ equidem nostræ, nostrisque in cœlo omnibus
Res sic in tuto collocatas gratulor.
Quo nomine Agno perpetuæ sint gratiæ,
Sanguine qui tantum peperit hoc palmarium.
Jam quantis hoc Mariam nostram gaudiis,
Ac Evam præcipuè ipsam perfundet, cogito:
Ubi hæc quæ gesta sunt, ita esse audiverint.

Sed perfectis jam rebus, ad herum me revortier
Tempus monet, ubi nihil hic cur maneam aliud est.

Actus II. Scena II.

Acatalectici.

Archiereus. Nomologus. Saulus. Polyharpax scriba.

A In' vero Nomologe, adhuc reperiantur, qui in nomine hoc *Act. 4.*
Prædicare persistant? *Nom.* Nimium.
Arch. Imperium nec vererier
Nostrum, nec minis, neque exemplis porrò terrerier?
Nom. Certissimè. *Arch.* Monstri simile.
At unde hæc tibi certa? quî sciam?
Nom. Vidi, audivi, interfui. Denique semper nescio
Quo successu hæc gliscit secta magis: ita ut rem ipsam Dei
Dicas voluntate geri, horum usque adeò crescit indies
Numerus. *Arch.* Hi quinam sint, audire

dire gestio. *Nom.* Quos credis, nisi
Ex ima fæce fracti ciceris emptores, telonii,
Agasones, sutores, iisque consimiles, ex triviis
Ac compitis, circumforanei. *Arch.* Hui: plebs videlicet
Abjecta atque execrabilis, Deum qui nesciunt. *Nom.* Sanè.
Arch. Et quid tandem hi Neotorculi adferunt? *Nom.* Christum se credere
Redivivum, ac vidisse: hujus se testes oculatos asserunt.
Arch. Profectò, quantum suspicor, celerè nisi malo huic remedium
Reperimus, plus mortuus incommodi quàm olim vivus dabit.
Nom. Haud dubium est. *Arch.* Tum hoc nunc aliud persentio.
Nom. Quidnam? *Arch.* Hinc nobis fames
Illa, omniumque penuria rerum; hinc cœli intemperies,
Pestes, podagræ, porrigines, alias præter vitæ gravedines:
Quæ haud aliunde, quàm ex secta hac pullulant. *Nom.* Veri nimis

Simile.

Simile. *Arch.* Itaque quid nunc agam in hac re, cogito: nec etiam satis adhuc
Certum scio. *Nom.* Quid agas, nisi ἀπὸ χειρῶν, quod aiunt, νόμῳ
Hæreticos proteras probè, ferro, flamma, elementisque omnibus.
Dignitatem in primis procures vestram, sarta tectaque ut
Siet: in omnes Synagogas mittendi cereales, qui hæreses,
Blasphemias, schismata, volgi fortiter instrepitent auribus.
Molliores qui sient, sacerdotiis, offa velut
Uncta, facilè quò velis prolicies. Cui ego palmarium
Tribuo: reliquos vi, qua potest, pugnabitis. Sin, uti fit,
Se habent clam, omni sub lapide scorpius sese tegat aliquis:
Ne cui quid sit tutum undique. Verùm illud disciplinæ erit:
Nisi ex consilio, nihil hos adversus moverier. Ita
Honestior erit, honestè fucatur quæ, crudelitas.
Arch. Scitè mones, etsi neque prorsus immemorem. *Nom.* Credo. Quid enim Tam

Tam affabrè dici possit, vigilantia qui
præcat tua?

Act. 9. *Saul.* Pontificem platea modò hac præteriisse dictitant:
Atque præstò eccum. *Arch.* Quid Saulus adveniens apportitat?
Saul. Summam consummato salutem pontifici. *Arch.* Expecto quid
Rerum nuncias. *Saul.* Næ nos ignaviæ omnes meritò
Incusandi sumus, hos qui pingues, pexosque haud reprimimus
Piscatorculos, hominem qui hunc nunquam populi cessitant
Ingerere auribus: ac Mosen fasque omne invertere. Quod adeò
Haud sit, nostra nisi ex incuria, dum nemo horum obviam it
Audaciæ. Quod si me ad hanc provinciam idoneum satis
Statuitis organum, age literis inautorate me
Vestris, in nos ut liceat, quid velim, quidque valeam, paululum
Experirier. *Arch.* Quid ages cedò? *Saul.* Egóne? quod dignum sit in
Maleficos: quodque omnes quum sit factum, dicetis probè.

Nom.

Nom. Probè dicis. *Arch.* At enim, si populus interim quid? *Saul.* At enim
Experiundo scies. *Arch.* Verùm age, quò te mitti primùm postulas?
Saul. Damascum me Zelus vocat impotens: plurimùm ibi assuescere
Audio. *Arch.* Dic, Zelus unde hic tantus te incessit, cedò? *Saul.* Nescio:
Nisi quia jamdudum in hos insigne aliquid edere flagrat
Animus: & spero profore. *Arch.* Mirum Nomologe, nobis nisi
Quoquo modo usui fiet hic adolescens.
Nom. Idem & ego arbitror.
Arch. Age, sino quod velis. *Saul.* At quo maturius, hoc consultius.
Principiis occurrendum illico: ne serò pòst, ac cum velis,
Non liceat. *Arch.* Heus, heus, Polyharpax. *Pol.* Quis evocator hic? here
Tu quid vis? *Arch.* Saulo huic quamprimùm ut concinnentur literæ
A nobis mandatoriæ, faxis vide. *Pol.* Videbitur.
Arch. Appenso sigillo insuper è plumbo, ceraque duplici.
Audin'? ad Damascenos. *Pol.* Fiet. *Arch.* At

At accuratè. *Pol.* Fiet. *Arch.* Et
Maturè. *Pol.* Quin factum puta. *Arch.*
Restat nunc Herodes mihi,
Ita ut decrevi, conveniendus: Petrum,
quem in nervo habet, uti
Nobis producat ad necem. Os ita aliis
oppilabimus.
Hoc principiò nunc exequar. Ades No-
mologe mecum unà.

Actus II. Scena III.

Senarii.

Petrus.

Act. 5. Quid hoc rei est? quæ platea est?
aut ubi sum? ubi
Is qui perduxit huc? Aut dormis for-
sitan
Petre, aut vigilas. Mortuus, an vivus
hæc
Video? aut ludit me imago noctis ali-
qua?
At quantum me sentio, experrectus
sum probè,

Col-

Colluſtro ac circumſpecto clarè ſingula.
An non vicus hic eſt, piſcinam ſecus, ſacrum
Spectans templum vorſus? Ehem, euge, manum ſcilicet
Domini agnoſco JESU, qui me ferreo
Herodis emancipavit ab ergaſtulo,
Viæque ductorem præmiſit Angelum,
Qui primùm diſiecta catena duplici,
Repanſiſque ultro è ferro foribus, viam
Per medias placidè patefacit cuſtodias.
Nuncq; à me, quò repentè evaſit neſcio,
Bonus ille Hodœporus meus: niſi id ſcio, liberè
Quò nunc animo libitum eſt, ut ire liceat.
Ac cum ad me hunc redeo magis, eſt hîc meus
Marcus vicinus quidam: ibi proximum eſt, ubi
Memet recipiam, ut hanc illi primulum
Lætitiam objiciam. Poſt id, mox ad alios,
Itemq; ad alios me fratres transferam,
Ut omnes tam ſtupenda hæc prodigia Dei
Spectent, illiuſq; prædicent potentiam.

Actus II. Scena IV.

Trimetri Iambici.

Anabasius.

Act. 13.

Adsum Anabasius è profundis manibus,
Ad Pornapolim meretricem illam Babel,
Cum millitiis à Plutone literis:
Obvinctus ipse cum sit, hæc vicem suo
Cum Diocte Imperii, legatam ut obeat:
Donec Tartareo exolutus carcere,
Annorum post chiliada emergat denuò:
Simul ut renunciem, in Iesum hunc virus, suas
Ac vires omnes evomat: aut si nihil
In hunc modò restat, mortalis quod manus
Valeat, in suos saltem convertat impetum.
In hoc omnem explicet vim, nervosq; exerat:

Hujus

Hujus amicos nactus quoscunq; fuerit,
Spoliet, instet, terra marique perse-
quens:
Quo jure, quaque injuria, refert nihil.
Injuria parva est, hostem qua vindices.
Hæc scilicet in mandatis ut dedit he-
rus,
Nunc peragam ordine quo jussit omnia.

Actus II. Scena V.

Tetrametri Acataleĉtici, cum Catalecticis.

Polyharpax. Saulus.

CONfectæ sunt literæ, herus cui jussit,
adolescentulo: ubi volet,
Præstò sunt. Ac miror non comparere.
At in ipsa ellum obviam
Prospicio fabula, oculi nisi prospiciunt
parum. *Saul.* Ehem tun' hic?
Polyharpax, tam citò? *Pol.* Jamdu-
dum ætatem. *Saul.* Advenienti quid
obiter
Remoræ objectum ni esset, prævor-
tissem. *Pol.* Atque ego non dico
nunc,

Domi interim dispendia, mora ex hac,
quanta suffero,
Hic te dum expecto commorans. *Saul.*
Credo. At tamen de schedulis
Quid? Transactan res est? *Pol.* Prorsus pol, ac diligenter. *Saul.* Amo
Te. Cedò Polyharpax ergo ubi sunt,
ut dissolvar hinc.
Pol. Non secus hercle, pro germano,
Saule, ac si agendum esset meo.
Saul. Credo, habeoque gratiam. At
ubi interim syngrapha? *Pol.* At si
scias,
Quantum in ea re mihi sudatum sit:
præter id, quòd bis eadem
Rescribenda fuerant. *Saul.* Usuvenire
solet, scio. At pridem
Me expectant comites. *Pol.* Jam quod
aliis sæpe accidit, aliis
Qui instrumenta conficiunt, quemadmodum qui in vestibus,
Causas per se bonas male tractando,
reddunt non bonas:
Alii incuria, quidam studio, multi etiam inscitia,
Vel prætereundo quæ maximè opus,
sæpe vel addendo quæ
Nihil juvant: quorum hic nihil fit, ut
hic ne dicam insuper. *Saul.*

Saul. Dico Polyharpax, jam haud vacat
auſcultare pluribus: proin
Ita, herus ut juſſit, me abſolutum facito.
Pol. Propudium, ut nihil
Intelligit! *Saul.* Quidnam? *Pol.* Si ne-
ſcis, dicam. Nummulis erant
Perungendi aliquot laſſati articuli. *Saul.*
Haud recte forſitan
Polyharpax me tenes. Theologus ſum,
pigmenta neſcio. *Pol.* Age,
Satis pernoſti. quid velim. Quid opus
verbis? *Saul.* Tametſi ea
Ad me res nihil attinet, nec quicquam
inde prorſus mihi
Præter labotem metitur: tamen ut ne
producas longius,
Cape modò. *Pol.* Quid hoc? *Saul.*
Drachma. Satis pro re noſtra, hoc-
que labore, imputo.
Pol. Ha, ha, he. *Saul.* Quid rides? *Pol.*
Suavem hominem, ac ſcitum. *Saul.*
Nam quid ita?
Pol. Quaſi hactenus in civitate haud uſ-
quam vixeris, ut vita quæ
Fert hominum, neſcias. *Saul.* Sic vita
cuiquam hæc eſt, quiſque ut velit
Eſſe homini. Qui rectè ſciunt uti, haud
à vita ipſi, at ab his

Vita regitur. Verùm ne longum faciam,
potius plura quàm
Secter, hem didrachmum; cedò literas.
Pol. Imò harum tibi
Redemptio quinque solidûm est, si emptas velis. *Saul.* Ah iniquus
Nimium Polyharpax ne lis. *Pol.* Nunc pecuniam, an scripta potius
Penes me utrum horum velis, id tecum supputa. *Saul.* Vah dic mihi,
Pol. Quid? *Saul.* An tenuit pudet?
Pol. Videlicet, turpe facinus: hui,
Si quod meum est justum, quodque omnes factitant, lexque tribuit,
Abs te id exigam. papæ! *Saul.* Crede modò, præter quos petis,
Vix duo supersunt nummuli ad apparatum itinerarium:
Saltem ut misereat te mei Harpax.
Pol. Ut libet, pecuniam ut
Invitus insumas, num ego insto? Jus meum quod postulo,
Id opinor cuique licet. Quod si tib grave est, recte: damni adhuc
Nihil est: quod suum est, uterque id retineat sibi. Quid tibi
Vis amplius? *Saul.* Os durum, ac aridum! *Pol.* Etiam maledicta congeris?

Cave

Cave sis: quod si iterum faxis, geminabitur, crede, precium.
Saul. Κακὸν οἶτον ὀλκαί. *Pol.* Quid mussitas autem? *Saul.* Hoc dico, mihi
Unum ut respondeas. *Pol.* Age. *Saul.* Herus an non jussit literas
Has te mihi? *Pol.* Jussit. *Saul.* An non stipem pendit servitutis
Tibi? *Pol.* Rectè. *Saul.* Mihi hinc an ullus ususfruct 'st? *Pol.* Nescio.
Saul Huic nonne obsequium debes, victum unde accipis? *Pol.* Pulchrè. *Saul.* Nihil
Proficio. At nimium ego ineptus, perdenda quum pecunia
Sit, tempus qui perdo simul, tot circumsitus negotiis.
Age ne parum Polyharpax sis, pecuniam hanc rape: Cedo huc
Diplomata. *Pol.* Rectè convenit ratio: cape nunc, Abique quò
Velis. *Saul.* Et tu quò dignus es, in malam miseram multam crucem.
Pol. Ain' scelus? *Saul.* Dignum herculè sordibus tuis. *Pol.* Præstiterat hoc,
Si vivo, non factum convicium Pontificis scribæ. *Saul.* Imò scrobæ

Magis. *Pol.* Lacessis Cerbere? *Saul.* Ain' canis? *Pol.* Hem, bacchatus si sies

Satis? cape nunc. *Saul.* En fœneratum tibi. *Pol.* Siccine? *Saul.* Perfortiter. *Pol.* Væ carnibus hodie tuis. POPULUS. Adeste, cives irruite, Obruite fustibus. Jam si deferbuit satis calor, Abite modò. *Pol.* At ego pol si vivo. POP. Abite inquam.

Actus III. Scena I.

Iamb. Trimetri.

Ecclesia.

Uterque nunc mater patérque pariter Clausere diem: quod etsi mihi aliquandiu Magis erat, nunc minus est tamen cruciabile, In vitam quando resurgent postlimio? Christus sicuti, ac scripturæ mihi prænunciant.

Tum

Tum id aliud est, mihi quod principium gaudii est:
Psyche quòd soror ex Orco jam pace fruitur,
Quam Christus cœlicolis indigetavit meus.
Nunc sola sum Ecclesia relicta cum tribus
Gnatis, Asia, Africo, & Europæo: sed &
His nunc misera spolior, quos Nomocrates
Tyrannus implacabilis in carcerem
Abduxit Sciolethron sordidissimum,
Serpentibus, anguibus ac fœtore obsitum.
Quòd ni esset, supereſſet aliqua spes solatii.
Nunc sine notis amicisque omnibus, inops
Ac orba, terræque peripsema, desertor:
Unicus adhuc, ni quod supereſt sponsus mihi
Christus, nostræ semper baculus familiæ,
Sed quàm infœliciter huc processi hodie? Venit

Nomo-

Nomocrates, meus lictor. Quid agam?

Actus III. Scena II.

Trochaici.

Nomocrates. Ecclesia.

ME nisi argumenta fallunt omnia, fœminam modò,
Invenire quam volui, repperi. *Eccles.* Me certe ipsam petit.
Nom. Edico mulier tibi, Tun' Ecclesia es, Adamitica
Stirpe sata; ac Evæ peccatricis posthuma proles; *Eccles.* Licet
Haud me clam est, quidnam struma; tamen culpæ quæ nullius
Scio me conscia, Age fors quicquid feret, quid metuam
Innocens? *Nom.* Quin mihi respondes? *Eccles.* Neque parentum, inique me
Nominis pudet. *Nom.* Scin' ergo jus in omnes esse mihi,
Qui peccant, meam ut in hos potestatem

ſtatem exequar arbitrariam?
Quamobrem agedum Deſmophylax;
actutum abripite,
Ac Thanato lictori in ſervitutem tradite perpetuam,
Ita ut officii noſtri ratio poſtulat. *Eccl.* Itáne in
Servitutem verò liberam? *Nom.* Qui peccat, ſervus eſt *Joan. 8.*
Peccati. *Eccl.* Sit. At ego quid egi innocens? *Nom.* Mulier, nihil in
Te injuſtum à nobis fiet: id primùm tibi prædictum ut ſiet.
Eccleſ. Bene; quid admiſi igitur, vobis fas explanare arbitror.
Nom. Quaſi cum Pſyche ſorore unà pomi haud eſſes particeps,
Cujus tum omnes cogitatus in malum *Gen. 6.*
acclives ſient.
Denique quid recens patraris, Syndeſis ancillula
Indicio fecit tua. Sed quid verbis? Mihi vendita *Rom. 7.*
Sub peccato quum ſis? Idque ſi neſcis, abi curriculo
Dromo ad Pſychephonum, huc chirographum ocyus remittat, huic
Satanæq; quod permiſeram. Atq; ecum, exire video.

Actus

Actus III. Scena III.

Iambici Acatalectici.

Psychephonus, Nomocrates, Thanatus loci. Adopylus, Ecclesia.

HAc illac circumcurso, nusquam quietum sistendi locum
Invenio, ita metus omnes mihi sensus expectorat: neque
Fugæ finem, aut consilii principium reperio. *Nom.* Quid mali hæc
Fert turbatio? *Psych.* Ehem Nomocrates, hei malum. *Nom.* Qui dum Psychephone?
Effare obsecro. *Psych.* Velimus nolimus, perimus. *Nom.* Nam quid ita?
Psych. Acta hæc res est. *Nom.* Dicturusne es? *Psych.* Sepulti inquam sumus.
Nom. Rei
Quid obtigit? *Than.* Nos omnes pessundedit. *Adop.* Occidit. *Nom.* Quis?
Adop. Stirpitus.
Nom. Quis istic? *Than.* Ego quem occideram.

Nom.

Nom. Qui tandem? *Than.* Christus.
Nom. Xylonicus
Ille? hem, quem ligno pridem egomet addixeram mortalitùs? *Than.* At
Resurrexit. *Nom.* Resurrexit? *Psych.* *Mat. Mar. Luc. Joan.*
Resurrexit. *Nom.* Quid audio?
Adop. Plutonias porrò insuper. *Nom.*
Hem quid insuper? *Adop.* Arces o-
pesque
Omnes populatus. *Nom.* Quid narras?
Than. Plagiarius Psychen
Si abreptam avexit secum. *Nom.* Nus-
quam sum, certa hæc si nuncias.
Psych. Certissima. *Than.* Diabolum ip-
sum mulctavit vinculis. *Nom.* Quid
ais?
Than. Antigraphen tuam è manibus illi irruens extorsit ilico.
Nom. Chirographum meum Psyche-
phone? *Psych.* Sic est. *Nom.* Interii
miser.
Eccles. Sancta Salus, quid ego spei hie
video? *Adop.* Hos profligat è me-
dio,
Nutu hinc mirabili. *Nom.* At de chiro-
grapho, quid tum? perge Thanate.
Than. Id ubi mox arripit in crucem, o-
stentat ilico discerptum, ac Psychæ

Traditum. *Nom.* Hei occidens occid
meomet ego gladio.
Eccles. Quantos hic mihi suo triumph
portat nuncio? *Nom.* Quis hic
Miror Pancratistes tantus, tantum q
nobis facinus hoc?
Than. Nescio, nisi quia vestis collus
scripturarum undique
Corollulis distincta mirè. *Nom.* Qui
aiebant? *Than.* Omnia
Haud poteram: unum legi. *Nom.* Quid
Osee 13. *Than.* Mors absorpta est in victo
riam.
Nom. Quid tu Psychephone? *Psy*
Nos post triduum vivificabit denuò
Nom. Certe Messias est. Mirum ni ip
est salvus, & ego peream.
Joan. 19. *Adop.* Tum Petro præterea clavem tra
didisse nunc eum,
Fama est. *Nom.* Clavem, quam? *Adop*
Carceris pol maledictionis tuæ,
Qua Ecclesiæ hujus liberos manu expe
diat libera.
Nom. Cadaver sum. *Adop.* Illucque ab
isse eum ad illos nunc certò suspi
cor.
Nom. Deficio doloribus. ah tollite a
mabò me. *Psych.* At at, Nepenthes
huc

Actutum

Actutum aliquis, labascit herus in syncopen. *Than.* Nomocrates
Vah, siccine ut animum despondeas?
Redi ad te inquam, redi
Nomocrates. hinc auferamus intrò, ferte manus, curam ut hanc
Dormiscat paululum. *Eccles.* Quæ hæc rerum Metabole'st? luctu ille, ego
Gaudio ita penè exanimata sum, ut me vix capiam satis.
Proh summe JESU, solus qui miseris amicus es. At enim
Qui tragici hi satrapæ, tam magnificè qui incedunt obviam?
Interim ego nimis cesso hæc natis simul impartire gaudia.

Actus

Actus III. Scena IV.

Senarii.

Dioctes, Anabasius, Pornapolis meretrix.

MUndi hujus magnipotens Dux et
Deus Satan
Huc me è vasto pelagi emittens gurgite
Rei herciscundæ præfecit principem,
Missis huc literis mihi signatoriis,
Quas Anabasius ex Orco ascendens
pertulit,
Apoc. 13. Cum diademate decuplo, ac regni fasci-
bus.
Mihi simul ac Pornapoli amasiæ meæ:
Quo jure quicquid est sub Olympo us-
piam
Imperii vendico super linguas & tri-
bus,
Regem in terris Deus ut hic ungit su-
um.
Itidem Plutonia jam surgant regna vo-
lumus.
Anab. Heus Pornapolis, tuque Dioctes,
cui maximè hæc

Loquor,

Loquor, priusquam incipias, sic primùm putes,
Tu quam capessis haud rem esse levem. Deo
Durum repugnare est, tibi quin diras dabit.
Quo magis opera opus est præsenti nunc tua.
Quippe hanc ita pugnam tibi paratam censeo,
Non nisi per magna quæ emenda audacia est.
Fortunam fortitudo facit. *Dioct.* Sine modò
Anabasi inquam. Mundus hic duos simul
Minime soles sustinet uno in Zodiaco.
Certum est, aut me Christum hunc, aut me illum persequi:
Utrique quoniam haud unà regnabimus.
Sed quid regem nos illum pertimescimus,
Miserum atque rejiculum, pauperemq; scilicet,
Qui aliud nihil injurias quàm pati potest?

Anab. At enim pati hoc quò evadet vereor denique.

Dioct. Vah, qui me ad audaciam instruis, ipse deficis?

Anab. Fateor. *Dioct.* Jam opus mihi est Theseos ascíscere huc,
Expromptæ sævitiæ, gladiatoriè
Hos qui proterant Christicolas: propè ac habere me
Spero ad sententiam. Heus Nero, evocetur huc
Domitianus, Trajanus, Verus, Aurelius, Maximinus, Decius, Valerianus, Diocletianus, Constantius. His ego decem, Decem legabo diademata ducibus, Christum hunc adversus operam uti naveut fortier.

Pornap. Imò intus ut conveniamus satius est, Præceptisque instruemus accuratius. Anabasi adsis & ope & consilio simul.

Actus

Actus III. Scena V.

Ejusdem rationis.

Ecclesia, Paulus conversus.

Quid ais Paule? Petrus liberos meos
De carcere inquis eductos, abduxit domum?
Paul. Certè inquam, Asiam, Africum, & Europæum. *Eccles.* Ipseque
Ipsa in re adfuisse te refers? *Paul.* Simul
Et testis, actor, & nuncius. utque redeas
Ad se domum, tuum miserè adventum expetunt.
Eccles. Mi Paule, ne frustra nunc me in spem conjicias.
Paul. Vah, duran' adeò te esse fide? *Eccl.* haud creduas.
Ast chirographum quum habet Dei Nomocrates,
Paul. Quid tum? *Eccles.* Qui id potè fieri est? *Paul.* At ego te metu

Nunc omni eximo. Quem tu tantoperè pavitas
Tyrannum, jure, hunc obligatorio exuit
Christus, Ecclesia, noster. *Eccles.* Ain' verò? *Paul.* Dei
In nos inscriptum digitis chirographum
Erasit, comminuit, è medio sustulit.
Eccles. Unde id, à Deo quod factum est, infectum ut siet?
Paul. Ego dicam tibi. Legem qui sanxerit,
Hanc idem rursus ut abrumpat, in manu est.
Nec semper eundem esse, si res non sinit,
Licet. Olim ut legibus nobiscum ageret Deus,
Justum, tempusque ferebat. Nunc non Deus,
Ipsa at verò mutantur tempora. Causa dum
Manebat apud judicem integra, viguit
Tantisper justa in nos vindicta numinis,
Nos quæ peccati meritò traduxit reos.
Nunc causa longè hæc aliter mutata evenit. *Eccles.*

Eccl. Quî cedo? *Paul.* Legis quæcunque à Deo pœna hæc erat,
Noſtris ſtatuta erratibus, per juſtitiam
Remitti haud potuit: transferri potuit. 2 *Cor.* 5.
Ubi
Satis juri datum eſt, jus quid agat amplius?
Noſtra agebatur cauſa: hanc totam in ſe tranſtulit
Chriſtus, qui mortuus unus eſt pro omnibus:
Mors unde occiſa his eſt, qui Chriſto vivimus.
Eccleſ. Quo pacto Paule, vice omnium unus mortuus?
Paul. Quî minus, unus quàm olim peccavit pro omnibus *Rom.* 5.
Tuus, Eccleſia, pater? *Eccleſ.* Audio. Sed unus hic
Reſtat ſcrupus. *Paul.* Aquilam in filice metuis.
Eccl. Mors quia perinde manet: idem omnium exitus.
Paul. Res parva mors eſt: vis at mortis maxuma,
Animam quæ peſſundat. Ea ubi adempta ſit,
Illa facilè contemnitur. Quæ æterna non

Est, non mors dicenda est: sopor at
temporarius.
Post quem lux excipit certissima. Jacet
Corpus: at id noctium paucarum est:
lætior
Nos dum evocat dies. Interea luce jam
Psyche fruitur æterna, nostri pars. *Eccles.*
Scio.
P. Jam qui Psychen è barathro, idem &
Soma tuum
1 Cor. 15. Restituet ipsum, ut ne quid dubites. *Ec.*
Scilicet.
Paul. Non quæ modò sunt rerum est
spectandus exitus:
Futura sunt, verba ferè quæ spondent
Dei.
Christo ut post mortem evenit resurrectio:
Cum illo & nobis hoc ponendum domicilium est,
Nitidius quo redintergretur denuò,
Sementis è terra ut nitidior pullulat.
Eccl. Equidem plus video spei, animo
quàm queam
Concipere. Ibo, ac scripturis cum animum conferam.
Paul. Sapis. *Eccles.* Adsis quæso nunc
Paule, intro ut eadem hæc,

Mihi

Mihi quæ dixti, dicas itidem liberis.

Paul. Paratus sum, omnibus ut prosim, debitor. *Rom.* 1.

Actus III. Scena VI.

Eadem cum superioribus.

Psychephonus.

ENimvero quæ conveniunt, quæq; adsolent
Signa esse ad mortem, huic esse omnia video,
Hero meo Nomocrati: postquam jam neque
Medicinæ, somni, neque cibi retentio est.
Nec panacea ulla, nec scammonium, θεῶν
Neque χεὶρ, omnes porrò neque therapeutici
Nec empiritici pilum medelæ conferunt.
Certè & quod dicendum hic siet, mihi nonplacet.

Atqui illud miror interim, ex his neminem
Satis hoc morbi cognoscere genus, quod siet.
At eo omnes congruunt, commutandum sibi
Cœlum esse: hinc, in Babyloniam maximè, ut migret.
Quòd eum sibi aerem esse autumant aptissimum,
Fœculentus qui sit, turbidum ac quiddam magis
Spirans: quod equidem neque consilium improbo.
Nam qui hic jus omne amisit, clavibus ac bonis
Cunctis exutus, quid quæso hic agat amplius?
Sed quis homo hic circunspectans venit? Atque ut modò
Contemplatus sum, nuncius Ditis est, simul
Antiquæ & notitiæ & militiæ à puero particeps.

Actus III. Scena VII.

Quadrata, Anapæstica, Catalectica.

Anabasius, Psychephonus.

ETsi ad languorem cursando fatisco
miser: mihi tamen esse
Deputo in hac re quoscunque labores
capio, leves, sacrilegis
Dum malefaciam modò. *Psych.* Quæ
hic malefacta fabricat? Heus Ana-
basi.
Anab. Quis Anabasium hic? *Psych.*
Veteres non respicis amicitias? *Anab.*
Ohè, mi
Psychephone. *Psych.* Quid hic, aut quem
circumspicis? *Anab.* Hic Christi-
colæ, si
Qui sint, cornicibus ut sacrificem. *Psych.*
Quamobrem istos? *Anab.* Tun ad-
huc
Christum illum nescis Psychephone,
perrupit qui Acheronta, tuamque
Secum traduxit Psychen? *Psycheph.*
Quid

Quid ni? *Anab.* Cosmetora ipsum
Satanam,
Gordiis uti strinxit nodis? *Psych.* Scio.
Anab. Gentem esse porrò relictam
Hinc nobis infestam omnibus? *Psych.*
Oppidò gens procax nimium. Atque
Si quid modò apud nos edidere scias.
Anab. Quid? *Psych.* Herus Nomocratès.
Anab. Quid is? *Psych.* Ecclesiæ tres
liberos noxæ modò reos, in
Custodiam subigit maledictionis. *Anab.*
Eho, purulento hoc
In carcere? *Psych.* Videlicet Africum,
Europæum, & tertiam opinor
Asiam. *Anab.* Perge. *Psych.* Hos Petrus
cum Paulo nescio quo, aliisque,
Effractis compedibus injussu heri emisit manu. *Anab.* Amabò
Qua sutela illud? *Psych.* Clavis cujusdam
machina. *Anab.* Quid herus? non-
Ne repetundarum cum illis postulans,
hos eripuit? *Psych.* Quid
Faceret? Non una illa clavis est: ubique Clavigeri sunt,
Christiani quot sunt, quin nec tartara jam tuta audio. Sed vos
Qua in re molestant jam? ecdò.

Anab.

Anab. Minis ac terroribus ubique
Obturbant omnia : Christum redi- *Daniel 2.*
turum, ac regnum prædicant,
quod
Regna minuat hæc, omnemque potentiam auferat : Satanæ ipsi
Interitum comminantur, ac æterna vincula. *Psych.* Prætèr etiamnum,
Nunc quæ patitur ? *Anab.* Tricæ sunt, præut quæ portendunt alia. *Psych.* Quænam ?
Anab. Stagnum ignis sulphureum. *Psych.* Papæ. *Anab.* Utcunque modò vincimus ipsi,
Victoriam pòst promittunt sibi. Quodque magis miror apud me,
Nusquam ille Furias mandat suas Satan: ubi, si quando
Volet potentiam ostendere, ubique quin obstant, diruuntque
Quod struimus, invito etiam Adopylo ipso, quem jam nihil timent.
Quo obnixius hos nunc sudores suffero, nostro
Pro Diocte, hos ut obtorto collo ad cruces rapiam. atque
Vide, penè quod exierat. *Psych.* Quid? *Anab.* Psychephone uti ſies

Præ-

Præstò. Solutus dum advenit, jubet Satan: sibi tua
Opera opus ad quædam magnopere fore, ut moneam, venienti
Ne quid sis in mora, manubias sperat recuperare se.
Sed cessо iter cœptum pertendere? *Psych.* Quónam? *Anab.* Mecum igitur si
Venias, in via dixero.

Actus IV. Scena I.

Trimetri.

Diocles.

TRecentos plus minus annos jam supputo
Inde adeò, quòd cum Christianis hostibus
Confligimus. Quòs si non omnes, maximam
Opinor partem fregimus, protrivimus,
Virtute rara ac vi meorum Cæsarum
Decem: quos ut par est, efferre nequeo,
Sua sunt sic functi Sparta. Ast unus tamen

Impense

Impense maximus, qui ære legibus
Insculptis etiam, nulla ne aboleat dies,
Perquàm pol scitum hoc commentum addidit, Omnia
Uberius provenire, quin & gratius
Ire dies, Christiano effuso sanguine.
Etsi versa cœli repentè temperie,
Eam facile vanitatem coarguit Deus.
Verùm utcunque hæc sunt, factum taman ab eo est
Sedulò. Sed ut horum fermè jam expletæ vices
Sunt, alios restat nunc monarchas sufficiam:
Etsi mihi in hac re tamen Anabasi opus
Consilio est communicato prius. Adeoque,
O fors, eccum ipsum de quo agebam, video.

Actus

Actus III. Scena II.

Octonarii, unus Senarius.

Anabasius. Diocles.

NE ego nunc nimis video, conti
stimulum ut calces quàm nih
juvat.

Dioct. Quæ hæc oratio est? *Anab.* Qu
hic loquitur? hem. *Dioct.* Nunqui
fers Anabasi?

Anab. Quin tu hinc fugis here quoqu
ac quantum queas? *Dioct.* Egóne
Anab. Fuge,

Inquam *Dioct.* Quid ergo est; *Anab*
Percontari mitte, quodque res mo
net

Agas magis. Rerum mundum omnium
quantùm ad fugam est opus,

Para. *Dioct.* Ad fugam? quamobrem
Anab. Etiam pergis? nempe hu
rediit res, pedum

Opus officio est. *Dioct.* Quî cedò *Anab*
Constantium

Noras

Noras illum? *Dioct.* Rem modò qui publicam gerit scilicet. *Anab.* Imò
Qui gessit potius. *Dioct.* Quid eo autem? *Anab.* Is morte obiit. *Dioct.* Obiit? *Anab.* Ejus in
Munus Constantino suffecto filio. *Dioct.* Quid tum? *Anab.* Quid tum?
Is Christo nunc amicus, nobis inimicus 'st acerrimus
Factus. *Dioct.* Factum avertat Satan. *Anab.* Porrò bellum in nos nunc struit
Quàm mox, ni cedimus, Dioctes. *Dioct.* Quid illunc illuc abstulit
A nobis tam citò? *Anab.* Enimvero incommodè sanè in arma dum
Proficiscens indormit, è cœlo crux in oculis fulgurat,
In hostes præferens victoriam: Omen arripit illico, ac
Pugnam accipit. Denique eò res rediit. Rediit victor is
Christi auspiciis, & opera. hactenus habent principia. Nunc
Quid reliquum sit, tu supputa. *Dioct.* Tun' hæc pro certo? *Anab.* Certissima.
Dioct. Quò nunc abis? *Anab.* Ad Plutoniam

toniam basilicam, hero hæc quæ gesta sunt
Ut retegam. *Dioct.* At me quid fiet? *An.* Eho, conclamata in re, consilium
Ne captes. *Dioct.* Siccine ergo à vobis me frustrarier; *Anab.* Age
Modò, futurorum spe præsentia sustine, Dioctes: ipse dum
Solutus emergat Satan; haud diu erit qui Theseam hic manum
Apporrigat. Interim, ut scena est, ita personam geras. Ut in
Comœdiis, haud eadem omnino Drammata exeunt, si haud sinit
Fabula: ita mundum hunc tecum choragium esse quoddam cogita,
Ubi non quid velis, at quod imponitur induendum est. *Dioct.* Ita mones?
Anab. Nam quid vis aliud? Quem non ducunt fata, trahunt denique.
Dioct. Fateor. *Anab.* Si sapis. Ecquid vis? *Dioct.* nunc quod restat, Latium aliquod,
Ubi lateam, quærendum est. En autem, quem hinc parturiunt fores?
Spectatores, si quis quærat, ego non adfui.

Actus

Actus IV. Scena III.

Trimetri.

Ecclesia.

Quanquam mihi tot undique circumstrepunt cruces,
Cui præter vitam nihil supereſt: hæc si tamen
Dicenda est vita, invita quam circumfero;
Unum hoc animo penitus persuasi mihi:
Vita hæc nihil unquam feret tam felleum,
Quod non ferendo patiar, Christi vel mei
Causa: in nostram tam amicus est familiam.
Viro qui Somati primùm, ac parentibus,
Spem resurrectionis spondet mortuis.
Tum qui me præterea, miserosque liberos,

Gehennali hoc exòlverit ergaſtulo.
Quo magis hæc levia, corpus quæ feriunt, fero:
Quæ etſi pungunt, punctûs tamen id tempori eſt,
Illa æternùm durant. Cœterùm ut ut hæc ſient,
Næ illud mihi magni inſtar ſolatii eſt. Dies,
Quos cœleſtis pater dedit Alcedonios,
Ubi pulſo tandem Diocte, mihi liceat
A perſecutionibus feriarier:
Ex quo primùm Conſtantinus Britannicus
Republica potitus eſt, pace jam diu
Fruimur, niſi quòd omnia fœdat rabies
Turcica, Tum neſcio quid nobis ſcripturæ adhuc
Præſagiunt poſt annos mille gravius:
Solutus cum è capiſtro redierit Satan.
Atque hem, quid ego hinc audire procul videor apud
Antipodas, ſtrepitus quos ſubterraneos?
Hei mihi, vereor quid monſtri agitur

gitur. Nam non bene
Id esse, tellus quòd tremiscens sub-
stilit,
Nimis dubito. Ac ni me annus fallit,
& animus,
Adest jam tempus, bellua cum promit-
titur
Apocalyptica: nec longè abesse potest,
ubi
Ubi sit. tum quas hic turbas adveniens
dabit,
Haud obscurum est: nec an is jam siet,
satis
Scio: nisi id quicquid fuerit, haud est
animus hic
Hærere diutius, ne quod nolim vi-
deam.

Actus IV. Scena IV.

Trimetri.

Satan solutus. Anabasius. Dioctes. Psychephonus. Pseudamnus.

Apoc. 19. SAlutem atque benedictionem Acheronticam,
Quotquot sitis. At quid hoc? proh portas inferi!
Itan' nemo gratatum huc provolat? Semel
Nec ex vinculis salutat reducem? Populus hic
Friget. Vide, absentia quid facit. At ubinam
Dioctes saltem, ac Psychephonus? *Anab.* Jam aderunt, scio.
Sat. Profectò quantum video, multo hæc res secus,
Atque ego augurabar, evenit. Proin ut tempora,
Ita mutanda consilia sunt. Atque eia,
Quam dextro Mercurio succedunt omnia

Ad

Ad unguem ilico? Vah, quanti est sapere miseris!

Anab. Quid incœpturus cedo? *Sat.* Quod ubi resciēris,
Dædalias dixeris superare machinas.
Scilicet equo hoc nostro facilè fient Pergama,
Ne dubita. *Anab.* Resipisco. *Dioct.* Audire modò vocem
Visus sum Zebub. *Sat.* Diocten ac Psychephonum
Video. *Dioct.* Equidem te here restitutum gratulor.
Psych. Nos quibus hic labyrinthis tenemur, nescis. *Sat.* At
Theseo vos filo expediam commodùm:
Id qua efficiam, probè provisa est methodus.
Dioct. Audistin' ergo? *Sat.* A principio omnia. Sed mane,
Huc dum evoco, quem volo. heus Pseudamne, Pseudamne
Inquam. Men' nemo hic audit? heus, ex tertio
Inferno Pseudamnum exire impero. *Pseud.* Quis malùm
Nobis exorcista hic? At princeps ipsus est.

Sat. Ehodum ad me. Vosque adeste
pariter, ut quæ agam
2 *Thess.* 2. Mysteria, ministri sitis ac testes mihi.
Primùm initiis ex quantulis, in copias
Quantas crevit nomen Christiadum, cernitis,
Christi præsidio, ejus dum insistunt legibus:
Quippe hinc tantum his robur, nobisque infirmitas.
Jam id unicum supereſt consilium denique:
Quod vi haud licet, conficiamus ut astutia.
Sampsoni huic erademus per meretrilam
Caput. Sæpe etenim machinis facilius
Tolluntur pondera. Ita hic astu nobis opu 'st.
Etenim Deum adversus reniti, inscitia est.
Is dum sufficit opem, operam omnem ludimus.
Sin pote fieri est, à Christo ut divaricent suo:
Dehinc victis, facilè leges imponimus.

Præterea

Præterea haud ulla restat remedii anchora.
Anab. Sed id quà efficiamus vereor.
Sat. Nihil est, sine.
Anab. Itáne ais? *Sat.* Principiò id tute Anabasi in animum
Revoca: Christum olim ipsum in solitudine
Tentamine quo adorsus sum, simili in hos modò
Agendum stropha. Mundi illicibiles opes,
Deliciasque ingeram, vitæ lubentias
Omnigenas, ceu Circæa pocula subjiciam
Probè: mille addam veneficiis prælitos
Honores, dynastias, titulos celebres;
Voluptatis nulla aberit esca. Quicquid in
Mundo celsum est, tentigine aut ulla lenocinans,
Incutiam, veneno ut qui aspergant saccarum.
Ita vi quos nequeo, frangam mollitie. Si quidem

Natura hæc rerum est. Mala quos conciliant viros,
Eosdem dissolvit luxuries. Porrò ad hæc
Munia nemo est Pseudamno uno expromptior,
Usque adeò mirus est simulandi artifex:
Agnum ut, quum videas, esse ex vultu judices.
Quæ causa est, hunc cur ad me accitum, vosque nunc
Attendere velim quæ differo. Pseudamne tu
Principio in Babylona te auferes, ubi
Cum gazula hac pecuniaria, atrium haud
Enerviter obsidebis pontificium:
Ut cum sedes vacet, ex asse hanc facias tuam.
Quid non venale muneribus? Aurum ubi rubet
Nihil expugnatu difficile est. Demum ubi ad
Rerum fastigia penetraris, haud levem
Pontificem te geras cautio est. Christi unicum

Videri

Videri te vicarium, plausibile fuat.
Pseud. Audio. *Sat.* Imò aude potius.
Pseud. Si queam assequi.
Sat. Vah, scripturæ non desunt fulcra, qui ingenium
Habet. Scis, quid Petri ille locus suggerit.
Acumen cui est, quidvis quocunque pertrahit.
In cœlo ut is, ita in terris ad te unum omnia
Traxeris. Hunc denique referre undique addecet,
Leges faxis, Martyrum scriptas sanguine:
Queîs orbem, ceu naribus arbitrio agas tuo,
Quoniamque suos habet ille, tibi adjunges quoque
Symmistas lateri. Tum Ecclesia nec deerit
Tibi factitia, sponsam itidem is ut habet suam:
Sed exquisitis quæ ornetur vestibus,
Prorsusque regio strepitu diffluat.
Dabis & hunc fornicationis cyathum,
Quo reges meretricio inebriet toxico.
Luxu imbues, ac deliciis omnia:
Quo fiet, hos ut pessundes ad inertiam.

Virtutem

Virtutem enim voluptas viros dedocet.
Sin refractarius tibi quis obaudiat
Calcitro, haud mora, quin elementis vindices
Omnibus. *Pseud.* Id agnus opinor non fecit Dei.
Sat. Porrò ausculta insuper, auremque utranque arrige.
In rebus publicis privatisque omnium,
Præcipuè in comitiis, suffragiisque ordinum,
Illic tute Pseudamne immiſceas: ubi
Cosmetor si quis sit creandus laicis,
Ita cum illis jus electionis partias,
Falx ut tua sit omni in messe posita.
Hoho, ut hoc mihi consilio placeo? principes
Hoc pacto reddes facilè ad genua supplices.
Tum confirmationem ex te ut petant vide,
Qui placeant modò: qui minus, hos pro libidine
Submoveas. Si quid in te sentis uspiam
Moverier, ipsos inter se principes
Committere scitum est. Bellum aut Turcis inferant:

Victoria

victoria quà tendit, tu tendito: victa pars
Supplex invita aderit, tibi quod erit utile.
Sic ipse utrinque inibis gratiam. Fidem
Servare te, nisi res movet, haud monuerim:
Cum regibus rarò, cum hæreticis nusquam.
Pseud. Fiscum at si pecunia destituat interim?
Sat. Parata via est, in Turcas expeditio
Agitur: ad eam rem ære opus, & nervis bellicis.
Rem quum omnes dederint, verba tu dabis omnibus.
Postremò tria sunt in vita mortalium:
Cibi, crimina, connubia. audin'? Clavem qui habet,
Messem suo hinc ventri peramplam fecerit.
Abi nunc Pegaseo quantum queas gradu,
In Babylonem Pseudamne: In magnis mora haud juvat.
Dioct. Rectè sanè: siquidem is nunc agit animam

Capitolinus

Capitolinus Flamen: necdum an obiit,
scio.
Sat. Sed cautio una est, quæ restat por-
rò, priusquàm
Incipias, Pithecismos tuos quo pallies
Melius: Nomocratem quoquo modo
tibi
Ascisças sentio. Id enim ad sanctimoniæ
Opinionem refert: quando is adeò
Integer habetur vir, ac moribus piis.
Congredere unà Dioctes, imperium tibi
is
A Constantino ut ereptum redintegret.
Psychephone tu vola præceps, Nomo-
cratem
Quæsitum, ubi ubi sit, huicq; addictum
vide.
Tu Anabasi, auri hanc vim accipe, qua
monilia,
Corollas, lineas, atrabum, ceu laodiceas,
Coccum atque purpurissum, pallasque
insuper
Auro hyacinthoque florulentas, byssinas,
Virgatas, undulatas, holosericas
Conquiras, queîs Pornam polias, mere-
triculam
Babyloniam illam: nostin'? *Anab.*
Intelligo. *Sat.* Atq; eam

Ad

Ad Pseudamnum advehas, vestitam
munditer.
Anab. Nunquid aliud? *Sat.* Nisi ut
matures. *Anab.* Ladas
Non ipse pernicius, nec lubentius.
Sat. Postquam his distribui operas, mi-
hi nec ocii est
Locus. Ad Turcas me feram primiter,
eos
Ut exstimulem in Palæstinos, ac Rho-
dos:
Moxque in Byzantium, inde & in Unga-
riam, ac
Gentes conterminas. Confecto hoc
classico,
Rectà me præcipitabo Babyloniam, me-
os
Visurus denuò. Sed quid cesso bellua?
Satanam modò stertere non sinunt hæc
tempora.

Actus

Actus IV. Scena V.

Catalectici Trochaici.

Ecclesia. Africus. Europus.

Mundi canescentis jam occasus monet, gnati, bene ut
Subducta ratione sitis ad constantiam. Scitis
Tempora enim haud abesse longè, Paulus quæ prænunciat,
Filius ubi perditionis revelandus sit: & Asiæ
Tum sororis sortem cernitis, quæ captiva, heu dolór,
Sub Turca servit quàm misere. In vobis restat unicum
Firmamentum mihi: quo magis, vestri causa, anxia
Sum, necubi solutus in malum malus trudat Satan.
Eur. Vulgo fama, mater, est, oriturum Antichristum esse: at hunc
Esse ego Mahometum reor Asiaticum, qui nostram adeò

Divexat

Divexat familiam. *Eccles.* Est: at non unus est ille tamen.
Antichristi tot sunt, Christus quot habet hostes. Cæterùm
Confessi isti, qui caverier potessunt magis,
Minus incommodant. Qui prætexunt officio fraudem, ab iis
Demum vertumnis cavendum, gnati, granditer moneo.
Eur. Adcurabimus sedulò. *Eccles.* Eo ad nepotes reliquos,
Visura quid agant. Vos, uti tempus est, cum lubet revortite.
Afric. Animo haud excidet unquam, Christo nomen quantum omnes sumus
Peccatorculi: at nos enixissimè, quos Nomocratis
Ex dira cavea adeò eripuit misericorditer.
Sed quis egreditur, irrumpens tam immaniter?

Actus

Actus IV. Scena VI.

Trimetri.

Diocles. Africus. Europus.

PRoh Ditis pol ingens numen. Quid hic satis
Exultem gestiens? Nunquam qui lætius
In vita viderim quicquam succedere,
Nec virgula magis divina. Vix adhuc
In basilicam irruimus: moribundus miser
Expirat præsul. Arripit ex tempore
Occasionem noster ilico. Vah illius
Quid ego pingam hypocrisim? *Afric.* Hem quæ hæc est fabula?
Dioct. Primùm quàm vero vultu sanctimoniam
Simulans scelus, lumina convertit omnium?
Virtutis si vidisse' exemplar diceres
Nomocratem secum semper habere in ulnulis:

Mox

Mox donariis proceres sensim facere suos:
Dehinc in plebis quoque gratiam subrepere.
Demum ubi suavem lucri videt odorem omnibus,
Cœpit tentare animos, jamque cominus.
Cruciferas admovere machinas: proh fidem,
Quid non expugnant auri tormenta sacra? Quid
Verbis opus? Comitia adsunt, prædā nos
Penes est facta. Denique quòd ego pol
Hercle meros triumpho panegyricos.
Eur. Quos hic triumphos prædicat? *Afric.* Rogita. *Doct.* Quisnam homo
Loquitur? hem, numnam plus satis, quod dixeram?
Prior hos occupo. Amici quid vobis hic statio est?
Pannosa quæso quæ penuria hæc? Viri
Qui haud estis improbi. *Eur.* Probitatem, quam opes,

Tuemur citius. Sed quid id sit, quod modò
Tecum venisti mussitans? Episcopum
Fuisse, opinor, mortuum. *Diocl.* Sic est. *Eur.* Et in
Vicem ejus adoptatus nostin' quinam siet?
Diocl. Papæ, vir in vita optimus, servus Dei, ac
Pietas ipsa. *Eur.* Et nomen potin' edicere?
Diocl. Pseudamnus. *Eur.* Pseudamnus? Quid isthuc nominis?
Diocl. Quid dixi? Eudamnus inquam, agnus ut agnoteros
Nusquam sit: ipsum esse ut dicas agnum Dei.
Afric. Equidem lætor facto. *Diocl.* Atq; ut scire liceat,
Vide modò. Jam primùm ubi renitendo diu
Invitu' haud potuit suffragiis quin cederet,
Continuò ille: Abi, inquit, Symmache mihi,
(Id etenim nomen erat) quantum queas, foras,

Indigetem

Indigetem ñ quem Christi reperias indigum,
In nostras quem recipiam fortunulas.
Meum, præter virtutem, esse haud quicquam volo:
Cætera aliorum. Itaque in vos incidisse nunc
Lætor, mecum modo haud pigeat congredi.
Eur. Est gratia Symmache, meritò quæ tibi
Debetur ex animo. *Dict.* Sed mane, herus huc
Ipse incedit foras. Concedite paululum.

Actus IV. Scena VII.

Iambici Acatalectici, unus Senarius.

Pseudamnus. Psychephonus. Diocles. Europus. Aficus.

Quid ais Psychephone? Satin' modò in collegas dapsilis
Visus sum? *Psycheph.* Perquàm Pseudamne. *Pseud.* Et quid nunc futurum illis reris,
Postquam tot latifundiis à me ditati diffluant?
Psycheph. Insignes fortunæ, venti velut ingentes, inlignia
Naufragia faciunt. *Pseud.* Ita spero. *Diocl.* Here salve: bonos si tu hos satis
Noris, dignos quêis benefaxis, putes. *Pseud,* Ingenuos cum video,
Vultus arguit. Eho, qui dicimini? *Eur.* Gemini ex iisdem sati
Parentibus, ego Europus, is Afer dicitur. *Psycheph.* Age mei sitis:
Una domus, communis familia sit. *Afr.* Bene sit, quum pius es. *Pseud.*

Pseud. Pietatem afflictam præterire, est impium. *Senar.*

Porrò cum fortuna, à me nomina accipietis simul.

Tu Europe, pavonia haç plumigata cum coronula

Fidei defensor esto. Tu verò cum rhomphæa, Africe,

Hac, Christianissimus appellator. Jam ite hàc vos intro. Age

Dioctes atriensis inquam, introductos ad me face

Apothecas ad penuarias, famescunt forsitan

Inedia, abite. Bene procedit. At ubi Porna tamdiu

Restitat, adventum quo minus adproperat? Salta Psychephone in

Cubiculum. Eia, prius si memorassem, adventassiet.

Actus IV. Scena VIII.

Ejusdem rationis.

Pornapolis, meretrix Babylon. Pseudamnus. Psychephonus. Ecclesia.

VOs hinc revortite, abite. proh summum Tonantem, quantum in hac
Nunc forma ac magnificentia est, quod gestiam? *Pseud.* Quos huc mea
Fert plausus Pornula? *Porn.* Pseudamno χαίρειν *Pseud.* Suaviolum meum,
Quidnam istuc gestiens adeò quòd advenis? *Pornap.* Quod vix tibi
Credibile sit, si narrem. *Pseud.* Quidnam? *Por.* Quanto in pretio ac honore sim,
Ubicunque sim, omnibus! *Pseud.* Narra quæso. *Pornap.* Quippe dum me effero
E foribus ad te veniens, summam per plateam affectare viam
Visum est. Hic ubi primùm conspicua sum, concurrunt ceu ad Deum
Undique. Forum, ac vias omnes obstipari multitudine. Mirari,

Mirari, sciscitarier à meis quæ sim. Ecclesiam, inquiunt,
Omnipotentis Dei, Agni sponsam, veritatis columen.
Procumbere omnes ilico, adorare oppidò: quin & pedum
Porrò osculari vestigia. Mox tres fiunt Reges obviam:
Iis propino cyathum fornicarium hunce. Vinum ubi
Concaluit, vultus primùm labascere omnium; simul
Inter se consusurrari invicem, inde ut submoveam rogant
Famulos: semovi. Soli ubi sumus, occipiunt, formaquæ
Mea, ætasq; sua: amoris pariter quàm impotens telum fiet.
Quorsum inquam hæc? Vin' scire? Admodum. Arcanum at id esse: etsi pudeat haud,
Posse haud fateri tamen. Aurem do, faciem quo magis (inquiunt)
Spectamus hanc, minus hoc ferre quimus. Quid tum? Unius ut
Concedas noctis copiam. Quod ni impetrent, nullos fore.
Suadent, orant, obsecrant, suspirant.

rant. hic ego vultum, oculos,
Ac gestus hominum attendo satis, lustroque singula.
Ubi seriò agere video, cœpi detrectare primulùm,
Suevimus ut meretriculæ, cupidos cum cupimus magis esse, qui
Nos ambiunt, demum igneſcere ubi cerno, magis memet dare
His familiarius. Postremò, quid verbis opus? Annui,
Pignus cœpi, cras ut redirent jussi. Siquidem diem tibi, ut
Dixi, hunc Pseudamne datura sum.
Pseud. Vah, ut dulci te osculo capio,
Mea lux! *Parnap.* At unus restat nodus. *Pseud.* In scirpo tors. *Parnap.* Ecclesia hæc
Quæ latitat, nos ne prodat tandem.
Pseud. Aquilam ex filice metuis.
Sine, hos ego gryphos depulverabo facile. Tu interim
Telam pergas Porna hanc porrò pertexere. Reges temeto tuo
Temulentos faxis, nobis ut se obstringant, suaque omnia, nihil
Cuiquam legitimum sit, nostro ni initiato charactere Prius

Apoc. 18.

ius. At quæ illinc mulier eminet pexa, ac vultu turbido?
Eccles. Horresco misera id quid sit, Byzantii quod aiunt, væ hodie
Ecclesiam juvasse Dei, è cœlo auditum clarè. At filii
ubinam hic sint, quos cupiam? *Pseud.* Hæc quidnam portitat? heus mulier sodes
Quæ sis? *Eccles.* Ecclesiæ equidem nomen fero. *Pseud.* Proh anathema. *Porn.* Audin' hanc?
Psycheph. Hæretica. *Pseud.* Tun' te Ecclesiam esse? *Eccles.* Negabon' esse, quæ
iem? *Psycheph.* Schismatica. *Pornap.* Miseret me. Canis quis te mulier
Commorsit rabiens? *Psycheph.* Lymphatica. *Eccles.* Quidnam tibi hic mecum rei 'st?
Pornap. Mihi loquitur. *Psycheph.* Vuycleviста. *Pseud.* Apage sis cum sordibus
Hinc: tun' Ecclesia ut sies? *Psycheph.* Anabaptistica. *Eccles.* Anabaptista non
Sum, Ecclesia sum orthodoxa. *Pseud.* Proh polum arcticum atque antarcticum. *Eccles.*

rant. hic ego vultum, oculos,
Ac gestus hominum attendo satis, lustroque singula.
Ubi seriò agere video, cœpi detrectare primulùm,
Suevimus ut meretriculæ, cupidos cum cupimus magis esse, qui
Nos ambiunt. demum igneſcere ubi cerno, magis memet dare
His familiarius. Postremò, quid verbis opus? Annui,
Pignus cœpi, eras ut redirent jussi. Siquidem diem tibi, ut
Dixi, hunc Pseudamne datura sum. *Pseud.* Vah, ut dulci te osculo capio,
Mea lux! *Parnap.* At unus restat nodus. *Pseud.* In scirpo sors. *Parnap.* Ecclesia hæc
Quæ latitat, nos ne prodat tandem. *Pseud.* Aquilam ex filice metuis.
Sine, hos ego gryphos depulverabo facile. Tu interim
Telam pergas Porna hanc porrò pertexere. Reges temeto tuo
Temulentos faxis, nobis ut se obstringant, suaque omnia. nihil
Cuiquam legitimum sit, nostro ni initiato charactere Prius

Apoc. 18.

ius. At quæ illinc mulier eminet pexa, ac vultu turbido?

Eccles. Horresco misera id quid sit, Byzantii quod aiunt, væ hodie Ecclesiam juvasse Dei, è cœlo auditum clarè. At filii

binam hic sint, quos cupiam? *Pseud.* Hæc quidnam portitat? heus mulier sodes

Quæ sis? *Eccles.* Ecclesiæ equidem nomen fero. *Pseud.* Proh anathema. *Porn.* Audin' hanc?

Psycheph. Hæretica. *Pseud.* Tun' te Ecclesiam esse? *Eccles.* Negabon' esse, quæ

iem? *Psycheph.* Schismatica. *Pornap.* Miseret me. Canis quis te mulier

Commorsit rabiens? *Psycheph.* Lymphatica. *Eccles.* Quidnam tibi hic mecum rei 'st?

Pornap. Mihi loquitur. *Psycheph.* Vuycleviста. *Pseud.* Apage tis cum sordibus

Hinc: tun' Ecclesia ut sies? *Psycheph.* Anabaptistica. *Eccles.* Anabaptista non

Sum, Ecclesia sum orthodoxa. *Pseud.* Proh polum arcticum atque antarcticum. *Eccles.*

rant. hic ego vultum, oculos,
Ac gestus hominum attendo satis, lustroque singula.
Ubi seriò agere video, cœpi detrectare primulùm,
Suevimus ut meretriculæ, cupidos cum cupimus magis esse, qui
Nos ambiunt. demum igneſcere ubi cerno, magis memet dare
His familiarius. Postremò, quid verbis opus? Annui,
Pignus cœpi, cras ut redirent jussi. Siquidem diem tibi, ut
Dixi, hunc Pseudamne datura sum. *Pseud.* Vah, ut dulci te osculo capio,
Mea lux! *Parnap.* At unus restat nodus. *Pseud.* In scirpo fors. *Pornap.* Ecclesia hæc
Quæ latitat, nos ne prodat tandem. *Pseud.* Aquilam ex filice metuis.
Sine, hos ego gryphos depulverabo facile. Tu interim
Telam pergas Porna hanc porrò pertexere. Reges temeto tuo
Temulentos faxis, nobis ut se obstringant, suaque omnia. nihil
Cuiquam legitimum sit, nostro ni initiato charactere Prius

Apoc. 18.

ius. At quæ illinc mulier eminet pe-
xa, ac vultu turbido?
Eccles. Horresco misera id quid sit,
Byzantii quod aiunt, væ hodie
Ecclesiam juvasse Dei, è cœlo auditum
clarè. At filii
ubinam hic sint, quos cupiam? *Pseud.*
Hæc quidnam portitat? heus mu-
lier sodes
Quæ sis? *Eccles.* Ecclesiæ equidem no-
men fero. *Pseud.* Proh anathema.
Porn. Audin' hanc?
Psycheph. Hæretica. *Pseud.* Tun' te Ec-
clesiam esse? *Eccles.* Negabon' esse,
quæ
iem? *Psycheph.* Schismatica. *Pornap.*
Miseret me. Canis quis te mulier
Commorsit rabiens? *Psycheph.* Lym-
phatica. *Eccles.* Quidnam tibi hic
mecum rei 'st?
Pornap. Mihi loquitur. *Psycheph.* Vuy-
clevista. *Pseud.* Apage tis cum sor-
dibus
Hinc: tun' Ecclesia ut sies? *Psycheph.*
Anabaptistica. *Eccles.* Anabaptista
non
Sum, Ecclesia sum orthodoxa. *Pseud.*
Proh polum arcticum atque antar-
cticum. *Eccles.*

Eccles. Quid clamitas? *Pseud.* Quæ si pergas, næ ego te dabo, ubi neque polum
Videas arcticum, aut antarcticum. *Eccles.* Quidvis tibi? *Pseud.* Dico, te
Ecclesiam non esse, te esse dicito. *Porn.* Ecclesiam ego
Me esse inquam, sponsam Christi. *Ecc.* Tune? *Porn.* Tu negas? *Pseud.* Ita senties.
Eccles. Ecclesiâne te? *Pornap.* Aio, *Eccles.* Asiæ, Africi, ac Europi matrem
Esse, ego quæ siem? *Porn.* Quid agimus? *Pseud.* Hem, hæccine fieri schismata?
Psychoph. Origenista. *Pseud.* Mulier dico ego tibi, præstiterat hos non fieri
Fucos. *Eccles.* Eho, redigitis me, ut quæ sim, nesciam. *Pseud.* Imò quæ sies,
Scimus satis. *Eccles.* Quænam? *Psych.* Paupercula de Lugduno quæpiam.
Nam Ecclesiam, qui te videt, an quisquam putet? Ac jam audies.
Heus Symmistæ, Decretistæ, Canonistæ, Cosmosophoi, Codi-

Codicillares, Holoporphyri, vos Ptochopluti ordines,
Copistæ, Sigilliferi,
Adeste: hæccine nobis Ecclesia est, an non? *Chor.* Est. *Pseud.* Jam vides.
Eccles. Stat firma Dei electio, habens signaculum hoc: Scit ille, qui
Sunt ejus. *Pornap.* Quid ait? *Pseud.* Quid ait? *Psych.* Here, prorsus verò insanit hæc
Corybantica. *Pseud.* Sic videtur. heus tenete inquam repagulis
Lunaticam hanc, atque ad Bethlemitas insanam abducite,
Neque hinc sequimini.

Actus

Actus V. Scena I.

Senarii.

Satan. Psychephonus. Thanatus Lictor. Adopylus. Europus. Hierologus.

COmpositis nunc Asiæ rebus, rursus in
Europam me reducem rectà transfero.
Pseudamnus quid agat, ut sciam. Si bene,
Ut laudem: sin minus, ut succenturiem.
Sed sta hic dico Satan, pedetentim tamen
Ut agas. In Asia minimè modò summus.
Ut locus, ita cum loco mutanda consilia.
Illic vi, hic astu rem tractabimus affabrè.
Primùm habitus hic, cum nomine, ponendus est:
Vestemque quam veste tego, tegam me, tectius
Ut fallam. Sed ubi reliqui? proh Furias, Mihi

ihi quos in hac re adesse opus est. Psychephone,
hanate, Adopyle, ubi ubi estis? adesse momentò impero.
t quæ mora hæc, momento quum Satan imperat?
Psycheph. Quid vis? *Sat.* Ornamenta hæc capite. *Adop.* Quid tum? *Sat.* Meoque
xemplo facite. Jam ego Satan haud sum, lucis at
Me vos dicetis angelum. Tu Psychephone
Hypocrisis esto, hoc sub Franciſci pallio.
Tu Thanate, Martyromastix re & nomine sies.
Quemcunque nactus sis Christi verè pium,
Huic quid agas, ex nomine officium ut teneas.
Tibi Catholici nomen Adopyle imponimus.
Pseudamnum adite nunc; inde per urbes, agros
Pagosq; omnes vos diffundite. Itidem rici ut
In oculis insident, vos per omnia.
Spargite.

Spargite. Sed quos adventare hic video? Agite
Orationi ut serviatis, saxitis probè.
Dominus vobiscum. *Psych.* Et cum spiritu tuo.
Sat. Oremus. *Eur.* Incredibile dictu Hierologe,
Et monstri simile, Pseudamnum te dicere
Apoc. 19. Antichristum esse? *Hier.* Non ficus est ficus magis.
Eur. Quî scis? *Hier.* Res, tempus, vita, doctrina arguunt,
Et locus ipse. *Sat.* Pessundor. *Eur.* Et Pornapolim hanc
Meretriculam esse Babel Apocalypticam
Ain' tu? *Hier.* Sic re comperies. *Than.* Irritor. *Eur.* Et
Ecclesiam te Gnesiam matrem scire ubi
Sit, meque ubi sit, adducere? *Hier.* Certè Europe mi.
Psych. Quin irruimus? *Eur.* Duc me ad eam amabò. *Sat.* Hæresis
Hæresis, ô cives. *Psych.* Scandalum, blasphemia, Abominatio desolationis in
Loco sancto stans, succurrite. *Hier.* Quidnam rei hoc?

Sat.

Sat. Tun' esse Pseudamnum pseudo-
pontificem,
Sacrilege? *Psych.* Dathon, Abyron.
Than. Chore, Doel.
Hier. Utinam non sit. *Eur* Quæ hæc
hominum intemperies? *Sat.* Quid? &
Pornapolim prostibulum esse meretri-
cium?
Hier. Si non sit, se factis declaret aliam.
Sat. Proh fulmen, & sulphur superum.
Psych. Proh polos
Mundi, atq; viam lacteam. *Than.* Quid
agimus?
Hier. Europe, procul ab his cavendum
censeo. *Eur.*
Eamus. *Sat.* Nos ad Pseudamnum dum
currimus,
Tu hic Hypocrisis observa interim, quò
is abeat.
Psych. Profectò hæc si sic abeant, Satanæ
ac suis
Id tantum restat, ut scribam epitaphi-
um.
Animusque ea in re haud scio quid
præsagit mali.
Primum hæc ita diu esse haud pote
tantos fucos.

Ac

Ac flagitia fieri in urbe haud sinet Deus.
Ejusque lenitas hæc tanta vereor
Quorsum tandem evaserit. Insuper horoscopum
Ascendi nuper, cum Saturno ubi Jupiter
Conjunctus, in arietis decimo, quid nescio
Lævum minatur. in aspectu tetragono
Sigmum occupante Marte fœmineum. At enim
Strepitum audire videor adventantium:
Cuisque ut fert fabula, ita scenæ inserviat.
Kyrieleeson, Christeleeson, Kyriel. Pater noster. Ave Maria, &c.
Et viscera beatæ virginis. Et vulnera quinque San.
Franciſci, &c.

Actus

Actus V. Scena II.

Trochaici Tetrametri Catalectici.

Pseudamnus. Satan palliatus. Psychephonus hypocrita.

HÆcne fieri flagitia? Ubi scelus il- *Apoc. 19.*
lic nunc siet,
Monstrari volo. Ecquis hic est? *Sat.* Hypocrisis. *Psycheph.* Papam uti, &
Cardinalium senatum conservare digneris:
Te rogamus, &c. Ut lineos, laneos, Episcopos.
Sat. Satis est, respice inquam Hypocrisis. *Psych.* Quisnam homo intercipit?
Proh pietatis culmen Pseudamne? Vide, precibus extra me
In purgatorium, usque rapi sum visus. Atque audin quæ ibi

Vidi fieri? Deus mala avertat. *Pseud.*
Quid est? *Psych.* Scotus
Et Thomas quàm immaniter se cædebant facibus:
Moxque ingens, tota in culina umbrarum, questus obortus est.
Pseudamn. Quînam? *Psychoph.* Missæ quia tantopere ubique frigeant,
Illi eo calent impensius, jam nec sperare exitum.
Hæc ubi specto, ecce hæreticorum illicò
Psammocotiæ
Myriades, infinita undarum vi, scintillitùs
Totam abolent Ætnam purgatoriam. *Satan.* Ominosa hæc mihi
Perparum placent. *Pseud.* Sed ubi ille hæreticus interim? *Psycheph.* Papæ,
Interim? tun' hæreticum esse dicis? jusque Concilii
Violas? haud faxis nefas. *Pseudamn.* Hæreticum dico, hac qui modò.
Psych. Vah intelligo, Hierologum nempe illum, hâc qui se abduxit recens,

Cum

Cum Europo unà: per plateam dextram. Collegium
Ubi sit, nostin'? ultrà ponticulum. Ego pone insequor immaniter.
Ubi persensit, obliquat viam, in vicum alium, item in alium:
Ad fanum donec ventum sit: hic quia instare me videt,
Nec desistere, viam vorat pedibus, quantum valet.
Denique cursu vicit carnifex. At ubi sit, propè
Tamen hariolor. Ad forum cum acceditis escarium,
Quadrivium illic est, transversis plateis sese in angulos
Rectos scindens. hic relicta dextra, ad lævam vergite:
Vicus quà declivis, rectà ad portam vos præcipitat,
Versus utramque ursam: illic secus portam, adeoque vel in
Ipsa porta potius, carter Bocardo est, ibi est. Capin'?
Pseud. Agite actutum vos inquam, ut fortes decet satellites

Martyromastigæ, Inquisitores, Articulifices,
Artolatræ, Gymnopodes, Dicaspoli,
Decretarii, Incendiarii,
Ubi ubi est, inventum hunc Hierologum facite. atque auditis? ad
Diocten abducite. Eum quid opus sit facto, instruam probè.
Sed Pornapolim video. Vos abite.

Actus

Actus V. Scena III.

Iambici Trimetri.

Pornapolis. Pseudamnus. Anabasius.

AN usquam os audiri tam projectum, aut impudens,
Pornapolim dicere meretriculam ut audeat?
Nec hiscat tellus? cœlum aut rubet fulmine?
Sed Pseudamnum, ubi sit, conventum nimis expeto.
Pseud. Pornapolis, audistin' igitur?
Porn. Audisse rogitas,
Publica jam fabula quum simus omnibus?
Scripturas jam omnes lectitant, latomi, fabri,
Figuli, & qui non? vulgique fæx (mihi quod malè est)
Jam cœpit sapere. Quin & mores insuper

Nostros ad Evangelii trutinam exigunt.

Pseud. Plus propè in hac re mali video, quàm remedii.

Porn Jam hos nec vincula, unguli, eculei, enses, tormina,

Flammæ nec ultrices, nec quicquam territat.

Pseud. Consilii quid capiam, cogito. Zenodore abi

Hac cum rosa aurea ad Dynasten blanditer.

Tu ensem aurea tectum vagina ad Dymamicum

Perfer. Dromo, tuum est linolaneum hoc pallium ad

Nesophilum uti feras. Principes volo primulùm

Adamantino mihi ut stringantur fœdere.

Est disciplinæ hoc. Quid aliud volui? Colax,

Tu ad Diocten propera annulo cum hoc gemmeo.

Ausculta in aurem: intellextin? Eadem tibi

Quæ dixi, illi ut dicas face. Virum ut se hic gerat,

Anab. Alas mihi si quis nunc adaptet Dædalus,
Pseudamno damna hæc ut feram quàm primulùm.
Atque eccum. Euge Pornapolis, utriusque me
Miseret. *Pornap.* Quidnam mali Anabasi est? *Anab.* Quod si velim,
Effari nequeam. *Pseud.* Primùm mihi id unum expedi:
De Hierologo quid? *Anab.* Vinctus est, ac Theosebes
Cum eo unà. At quid tum? Tu tamen nihilominus
Vorsuram solvis. *Pseud* Quid ita? *Anab.* Mundus quia diu
Jam oculis captus, videre cœpit: naribus
Diutius nec duci; homines literæ ac
Linguæ passim perpoliunt: fuco nihil
Proficitur. Imperio undique tuo oppeditur:
Claves vilescere, Bullas concacarier.
Fulmen ubique ac diadema triplex tenniér:

Christum ipsum vivere. Corpus mon-
strum esse, duo quod
Alit capita. Pompam, luxum, libi-
dinem,
Sævitiam, doctrinam, veneficia, sce-
lera,
Fucos, fumos, vitæque strepitum tra-
gicæ,
Facilè qui sis arguere: Antichristum esse
te
Dimeter. Denique, constanter credier.
Pseudam. Quid ais? *Anab.* Te An-
tichristum Pseudamne: esseque
Pornapolim hanc, pellicem Babyloni-
am, die
Magis lucescere. *Pseud.* Men' Anti-
christum, cedo?
Anab. Bestia quem signat scilicet Apo-
calyptica.
Pseud. Mundus mirum ut delirat senio!
Bestia
Turcam hæc monstrat Mahometicum.
Anab. Id & responderam. At
Contrà illi (ut sunt acutuli) Phy, in-
quiunt,
Fieri haud pote est. Quî dum? Primùm
scriptura quòd
Sedem hanc obtenebratum iri prænun-
ciat: fateor, Id

Id nobis eveniſſe, haud Turcis. certum
eſt modò,
Res quum ſplendeſcunt Turcicæ indies
magis.
Dein neque negari poſſit, quin vul-
nere
Uno hæc ſit capitali plectenda Be-
ſtia:
Quæ, recuperato ictu, ſaneſcet de-
nuò.
Id quod nimis in Triagoneſa eſt gente
liquidum:
Negatam quæ prius, nunc iterum fir-
mat fidem,
Neſophili noſtri opera. Eóque ſecunda
habent
Illum pro beſtia, idem quam vates
nunciat.
Pornap. Me miſeram! *Pſeud.* Quî
putant? *Anab.* Vitæ ac voci
quia
Inanimem beſtiæ reddidit imaginem
Suis phrenapatiis, Agni dum cor-
nua
Fingit Lupus, tygride quavis ima-
nior.
Remque ita habere, ipſa res (inquiunt)
arguit.

Haud

Haud hæc in Turcas, vos nisi Turcæ
sitis,
Congruere. Tum Europæus ne nos
deserat
Insuper, ut affectum video, metus est.
Por. Pseudamne, ni me fulcitis, labas-
co. *Pseud.* Vah
Levi perculsa nuncio tam muliebriter?
Porn. Non: sed nescio quid morbi me
subitò impetit,
Oborta primùm vertigo mihi synciput
Exturbat, cor molari veluti lapide
Premitur, pes nec officio fungitur.
Proin me hinc abducite: & medicos,
quantum potest,
Adducite. *Pseud.* Anabasi, tu hinc ad
lævam occupa.
Ego me hic præbebo ad dextram. *Por.*
Vix sum pedum compos.

Actus V. Scena IV.

Scazontes Iambici.

Africus. Europus. Ecclesia.

FRatrem, matremque Ecclesiam tota jam urbe — *Apoc.17.*
Lassesco quærens: quos diu nunc non visos
Videre gestio: eoque maturius huc me,
Ex Africa veniens, castrisque relictis
Retuli: tantas in Europa postquam audivi
Turbas: salvine sint ut videam, ita ut esse
Accipio & lætor. Sed quid hic susurratum
Extra fores audio? Pontificius si quis
Venit, venisse me videri in hoc nolim

Arti-

Articulo. *Europ.* Num quis Corycæus
seu Melampygus
Hic est? Nemo est. Quid? nullus auritus Midas
Usquam, vel sub lapide dentatus dormiscens
Scorpio? Nihil est mater pericli: in portu adsis
Licet. *Afric.* Fratrem germanum, quem volo, Europum
Video. *Eur.* Quod seclum hoc? quæ perversitas? Tectis
Nulli tutum ut sit prorepere, Sacerdotum ob
Væsaniam? *Ec.* Quod ego nunc profugium quæram
Misera? aut quò vertam amplius? adeò cuncta
Periclis plena, jamque ipsum nec desertum
Tutum sit à serpentibus? *Afric.* Mea mater,
Salve. *Eccles.* Quid mi gnate, Africe mi, venistin? Jam
Miseriarum me meritò omnium cœpit
Oblivio, te ubi recipio reducem. *Eur.* Equidem salvum

Atque

Atque validum, germane mi, restitutum te
Nobis gaudeo. *Eccles.* Quando venisti?
Afric. Modò mater.
Eccles. Mirari te scio satis, tam depexam me,
Ac stygmaticam adeò undique conspici.
Sed nil
Horum pudet me, Christi quæ causa sponsi
Suffero. *Afric.* Me miserum, ut te affectam domum offendo
Iediens? *Eccles.* Sic nate, mihi ut nec in carne solidum,
Nec in terris tutum quicquam siet. Porrò
Nidua, ac egens bonis omnibus, ac patria exul
Mutilor: cui ad ultimam, nihil amplius possit
Miseriam accedere. *Afric.* Proh nefas, quisnam tanti
Celeris autor sacrilegus? quam mox monstrari
Hominem gestio. *Eccl.* Pseudamnus, Christi atque bonorum
Hostis omnium. *Afric.* Vah, eaque reor causa extrusit

Me

Me in militiam hinc. *Eur.* Est anti
pontificiæ istuc,
Si quem fors indolis videant ere
ctæ,
Aut metuant, principem, bello occu
pant: ipsi
Impunè in aurem ut dormiant. *Afri.*
At ego somnum hic
Excutiam malitiæ probè. I mecum
frater,
Cerebrum ni Cerbero extundam can
ilico. Dein
Scripto milite, atria arcesque invasero
ac Europam
Hydra exonerabo actutum Acherontis
ca: ne quid
Boni, amplius mali hinc metuant. I
aurem, quin
Ipsis dormire liceat. *Eccles.* Haud it
decet: nec
Patiar vim unquam fieri. *Afric.* Cu
non? *Eccles.* Quia enim dabo
Consilium rectius & melius. Vi
omnis
Facessat: minas in patientiam, vire
in
Preces vertemus. Telum, oration
una

Nullum

Nullum potentius. machina ipsum hæc perrumpit
Cœlum. Illorum inferre est, nostrum ferre injusta:
Sors quippe hæc sanctorum, & victoria est. Christi *Apoc. 13, 14.*
Nisi adventu, hæc extingui bellua haud quita est:
Illi ergo trophæum hoc permittemus integrum. *2 Thes. 2.*
Nam ad me quidem quod attinet, sic inducor.
Quæ fero, Christi causa quum fero, lubens ferre.
Majora ille; illo majores haud sumus. Illius
Sunt stigmata: suam is causam pro arbitratu
Vindicet. Etsi diu jam pertulerim, haud is
Diu tamen aberit spero, malis qui imponet
Finem. Nos interim, tempus uti diei est,
Junctis instemus precibus. At unde crepuerunt
Fores? *Afric.* Quid, virgines lychnophoræ captant

Prætensis

Prætensis huc quæ facibus, affectant miror.

Eccles. Comitissæ sunt meæ: meum, scio, sponsum

Ad nuptias expectant, quoad veniat.

Actus

Actus V. Scena V.

Scazontes Iambici.

Chorus 5. Virginum. Ecclesia. Europus. Africus.

NOx etsi sera perquàm ilit, & intempesta,
Adeoque gallus jam auditus tertius: certum est
Vigilando haud defatigari tamen, Sponsus
Dum venit ad nuptias. *Chor.* 2. Itaq; cantu noctis
Nos aliquo trudamus tædium. At ipsam sponsam
Video. Hera salve. *Eccles.* salvete. Meritò vos
Laudo, amoque, saluti sic quæ invigilatis,
Mundus dum altum dormit perditionis somnum.

Chor. 3. Alios nescio. Nos quod facimus, facere nostræ
Id esse curæ ducimus. Sed miseram me,
Quid id rei est, hera, corpus undique quod livet
Vibicibus? *Eccl.* Stigmata hæc, si nescitis, gemmæ
Meæ sunt, unionesque unicæ, Sponsi
Quæ causa circumfero. *Afric.* Mihi imperari ultra
Nequeo, quin debeam homini scelesto scelus,
Nostræ qui tantum hoc familiæ inflixit nefas.
Eamus inquam Europe frater. *Eccles.* Etiam tu
Pergis? *Eur.* Sine mater. *Eccles.* Non sino inquam. Matrem si
Me habetis, matri obtemperetis: facite, ipsa
Vos quæ velim facere. *Afric.* Age quæ velis manda,
Manemus. *Eccles.* Primùm ergo preces hic omnes mecum
Capessite: votaq; jungamus simul. *Chor.* 4. Rectè
Monemur.

Monemur. Dic ergo hera primùm Ecclesia : nosque
Vocem voto sequemur tacito tuam.
Eccles. Miseriis & lachrymis oppleti, ad te, chare
JESU, palmas protendimus, tua ut dextra
Opem ferat divinam : humana nos quando
Prorsus destituunt præsidia. Satis jam
Satis abfuisti longa nimis secula : nos dum
Miseræ interim peculii tui oviculæ ubique
Cædimur, exurimur, rapimur, ferro, flamma,
Ac fluctibus. Elementum nullum in nostram non
Stragem stringitur. Adeoque res redit, nusquam
Loci ut quicquam tuis sit reliquum, in desertis
Etiam ultimis: Dioctes sic cuncta ubiq;
Penetrat, rabiesque Pseudamnica. Age, & quem tandem
Miseriæ pones modum? Mundus quondam,
CHRISTE, abs te victus quàm diu sese impunè

Pœna in nostra efferet? At te flectat miseranda
Rerum facies: flectant Ecclesiæ sponsæ
In hoc corpore stigmata; (sponse voluptas) rumpe
Age cœlos, ut tuos ruamus in amplexus:
Citò veni, citò Domine, caro ne forsan salva
Nulla maneat. At quæ nova lux, & odoris mira
† *Apoc.* 21. † Fragrantia, repentè adspirat sensibus? Ipsa
* *Hic ex editiori theatri loco repansis cortinis ostendunt se velut è cœlo sedilia & libri positi: simulque ornamenta demittuntur, quibus Ecclesia induitur, præparata ad nuptias.* Tum terra videtur concuti. *. *Chor.* 5. Ergo sorores
Actutum lampades paratæ ut sint, quæque
Videat: Sponsus jam imminet foribus. Sedes
Videte positas, & apertos libros. Vestes
Porrò delapsas, sponsa queis sese exornet
Ad nuptias. *Eccles.* Mira verò, præter supraque
Spem, oculis ego quæ video. *Afric.* Magne Deus, magna hæc
Miracula quid volunt miror. Tum etiam libros

Satis,

Satis, apertos quos video, quid ferant, horreo.
Eur. Atqui quum attentius lego, quid *Apoc.* 20.
in dextro sit
Volumine aureis insculptum literis,
Nunquid vides? *Afric.* Rectè nunc video, in hanc nempe
Sententiam: Hierusalem vidi novam, *Apoc.* 21.
cœlo
Descendentem, à Deo paratam uti sponsam
Viro ornatam suo. Datumque illi est, ut se
Cooperiat byssino puro atq; splendido, &c.
Eur. Hæc ita sunt modo, divina quæ sunt, humana
Ut omnia vincant gaudia. *Afric.* Gaudio ita sum, ut qui
Sim, ubique sim, nesciam. *Chor.* 1. O nos fœlices, Sponsus
Postquam adventat, spectatus tamdiu ad nuptias.
Sed interim sponsam cessamus ornare
Bombycina hac palla? aut pexis eam pannis
Discingamus prius. Age, ubi instita jam illa

Bibapha? peplum porrò addamus, cum syrma
Hyacinthia. Tu Parthene, crepidas has
Pedibus, & calopodia subjice. Cedo autem
Perisscelidas illic, quæ secus calyptram ad
Manum adjacent. Deinde hoc flammeum collo
Circundemus, & torquem cum murenulis ex
Auro, quadruplicem. Sancta Salus, divinitùs cuncta
Ut quadrant corpori? Restat deinceps nunc
Calantica, capiti quam concinnemus, cum
Diademate. quid nunc aliud est? chirothecas,
Et riculam hanc in manus cape. proh gemmarum
Quantus, & emblematum fulgor? Dicas, ipsam
Inesse claritatem Dei. Hera dic sodes,
Novo in hoc tibi nunc ut places synthemate? *Eccles.* Sponso
Postquam placeo, mihi nunc demum placeo. *Chor.* Quanta

Verò

Verò Hierologum & Theoseben vinctos
perfundent
Fœlicitate, hæc ita ubi esse audierint?
Eur. Perquàm
Itaque mox hæc ut resciscant censeo.
Eccles. Nunc quid
Hic restat amplius? *Chor.* Nisi uti ventantes,
Epithalamio aliquo nunc excipiamus
Has nuptias. *Afric.* Assentior.

EPITHALAMIUM.

SPonse memor nostri, rumpant tua numina nubes,
Daque tuis redeat, te redeunte, quies.
Longa satis Servator abes nunc secula terris,
Nos tua dum gemimus gens laniata lupis.
Mundus ut in nostram præceps insanit & ardet
Perniciem, tutum nil sinit esse tuis.
Undique desertos fera nos sic fata fatigant,
Nullaque non nostro sanguine terra rubet.
Ista precor videas, longos miserate labores:
Nec videas, venias sed pie Sponse precor.

Te

Te sine nulla mihi vita est, mihi nulla voluptas: *Apoc. 22.*
Delicii nihil est te sine, Sponse veni.
Spiritus ut venias, jubet & te Sponsa venire:
Rumpe vocate moras, Sponse, citoq; veni.
Quicquid in orbe patet, tellus, pelagusque, polusque,
Fessa petunt reditum quæque creata tuum.
Fœlix hora quater, nos qua in tua colla ruamus;
Inque sinus plaudat sponsa venire tuos.
Tum nova perpetuæ durabunt tempora vitæ,
Tempora tum nullis commaculata malis.
Tergentur lachrymæ, luctus gemitusque facesset,
Nulla cadent siccis salsa fluenta genis.
Ergo utinam cœlo redeas, quo terra quiescat:
Solus enim miseris anchora sola manes.

Atque

Atque age nunc mecum quicquid tegit axis Olympi,
Cum senibus pueri, cum pueriſque ſenes:
Vos ſeu vita tenet, ſeu mors tenet arida nigris
Pulveribus, frontes tollite, Sponſus adeſt.
Munera qui reddet vitæ, qui jura ſalutis
Nunc reparata dabit: plaudite, Sponſus adeſt.
Illa eſt, illa meis ſemper memoranda Calendis,
Lumine quæ ſolem vincit, & aſtra, dies.
Dextra potens Domini cœlo quam miſit ab alto,
Lætitiæ precium, principiumque meæ.
Quæ vox tantarum pluſquam miracula rerum
Exprimet, & celſi munera tanta patris?
Quum vice jam rerum verſa, mundique prioris,
Stat natura ſtupens, ſtatque ſtupendo tacens.

Victaque

victaque dat nunc ipsa manus, sentitque pudorem,
Quæ nova sit mirans, quæ venit, ista dies.
Mors quoque victa manus metuens sibi porrigit ultro,
Nunc sua quum fracta cuspide tela videt.
Irrita fata jacent, jacet invida Parca, fusumque
Scindere nunc stamen cogitur ipsa sibi.
Cedere qui nulli didicit ab origine rerum,
Cedere jam discet Terminus ille lapis.
Mortua viviscunt, redeunt sua membra sepultis:
Et sua jam cineres taphica scripta legent.
Quos mare, quos morbus, quos abstulit ensis & arma
Furca, feræ, fames, carcer & ignis edax:
Quæque suos revoment iterum monumenta solutos,
Pontus & unda suos, pulvis & urna suos.

Omnia

Omnia sistentur justa trutinanda bilance:
Sola fides stabit, cum pietate manens.
Nunc cadet & Babylon, cadet alta potentia regum:
Unus erit toto Christus in orbe potens.
Tristia jam lætis, vertentur & ultima primis:
Celsa ruent, stabunt quæ cecidere prius.
Quos caro, quos mundus vexant, Sathanæque furores,
Fœlices mecum plaudite, Sponsus adest.

CHORUS

CHORUS VIRGINUM.

PAratam nunc sponsam, spectatores, cuncta ac
Parata cernitis. Restat nihil; ipse
Nisi paranymphus, summam qui scenæ imponat
Catastrophen. Id quum fiet, certum nemo
Dicet. Poeta, quod possit, præstitit. Ipse ac
Monet sedulò, imparati ne sitis: sponsus
Cum veniet, vos ne dormitantes excludat.
Tempus fortasse haud longum est, mira videmus
Rerum præludia. Sathan cum Christo totis
Ut pugnat copiis, ubique terrarum

Hodie

Hodie, ut cum aliàs, maximè. Agnus at vincet
Triumphans tandem, agnique sponsa:
Pseudamno
Rumpantur licet ilia. Interim admoniti vos,
Vigilate prudenter precor: & plaudite.

ΤΕΛΟΣ.

ERRATA

In Præfat. pag. 7. lin. 5. leg. *arietes*, p. 11. lin. 18. l. Ἐφημα, p. 12. lin. 6. l. *Escoto*.

In Prosphon. p. 1. l. 9. l. Hæcce. lin. 11. l. immiscet.

Pag. 9. l. 16. l. *hæc turbarum*, p. 17. l. 13. l. *mastigiæ*, p. 21. l. 6. l. *Mastigiam*, p. 26, l. 23. l. *hos*, p. 37. l. 5. l. *indigitavit*, p. 42. l. 5. l. *Pancratiastes*, p. 46. l. 17. l. *fortiter*, p. 48. l. 16. l. *eandem*, p. 40. l. 21. l. *redimtegretur*, p. 51. l. 19. l. *empirici*, p. 57. l. 11. l. *tamen*.